FRANCISCI ANTONII VIVOLI

NEAPOLITANI PHILOSOPHI IN ALMO Studio Neapolitano librum poſteriorum ordinariè, profitentis.

QVAESITVM ARDVVM AC DIFFICILE DE INSTRVMENtorum ſciendi nobilitate, ac diuerſitate, an definitio ſit nobilius inſtrumentum demonſtratione; ac ab illa diſtinctum:

POSTERIORISTICAM FACVLTATEM PROFItentibus neceſſarium, & per quà vtile; ad Aures Ariſt. & Auerrois examinatum.

AD ILLVSTRISSIMVM AC Reuerendiſsimum D. D. Bernardinum, à Mendozza.



NEAPOLI,
Apud Horatium Saluianum.
M. D. LXXVIII.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DON BERNARDINO MENDOZZÆ.

FRANCISCVS ANTONIVS VIVOLVS

Philoſophus, æternam felicitatem.

Is eſt eruditionis tuæ ſplendor, Princeps eminentiſsime, ea clariſsimi generis tui dignitas, vt non immeritò gentes Italicæ omnes, atque Hiſpanæ te vnum in animo, te in pectore, te in oculis, vnum habeant. Quantus mihi occurris maximarum omnium artiũ, ac ſcientiarum ſplendore inſignis? Quanto ore tonas, cum de christiana pietate, ac religione diſertiſsimè concionaris? Teſtis eſt ſuggeſtum illud, In quo te audiuimus diuino quodam eloquio buccinantẽ; teſtes ſunt gentes ferè omnes, quæ ſanctimonia verborum tuorum allectæ & mundo, & cacodæmoni medium (quod fertur) vnguem oſtendunt. Quid de tuæ gentis celſitudine, & natalium claritate dicam, vir generoſiſsime, atque eruditiſsime? Inde factum eſt, vt cogitanti mihi noctes, atque dies de præſidio, ac patrocinio Scriptorum meorum, in tãta clariſsimorum Principum turba, tu vnus iure, & quidem optimo fueris diligendus, qui monimenta rerum noſtrarum alter Apollo illuſtrans, ab omni prorſum obliuionis rubigine eximeres, & ſempiternæ ſæculorũ immortalitati commendares. Salue igitur, ſalue in omne tempus, gloria Muſarum, ſplendor, ac decus Principum; cui gratiæ à nobis agendæ sũt immortales, quòd generis claritatem cum virtutis immortalitate coniũxeris; & veſtigijs tuorum inſiſtens, virtutis tantummodo ſingularem formam, cæleſtem pulchritudinem, diuinam venuſtatem intuearis, atque contempleris; & laborioſo, ac arduo tramite incedens nouus Alcides ad Cælum inuicto pectore, & ſereniſsima Fronte contendas. Hinc tibi deinceps clariſsimorum hominum ingenia elucubrabunt, eruditiſsimorum virorum calami ſudabunt, te ſapientes viri omnes ſibi ducem optabunt,

& colent. En ego ex Philoſophorum gymnaſio minimus tibi, tibi potiſsimum cenſui dicandas vigiliolas meas, opellam meam, ſtudium denique meum: quò teſtatam apud poſteros relinquerem incredibilem erga te beneuolentiam meam. Prodit in lucem opus De inſtrummentorum nobilitate, tuis auſpicijs, tuoque numine, atque clypeo tutiſsimum. Cui etenim dicarem potiſsimum nobilitatis opus, & virtutis inſtrumenta? Principi ſcilicet non niſi clariſsimo, & omnibus virtutum numeris abſolutiſſimo. Quapropter volitabit, certo ſcio, per ora, perque oculos hominũ, & celeberrimum, & inſigne, nulloſque prorſum liuoris aculeos, nullos morſus extimeſcet. Qualis qualis ſit hæc paucarum noctium elucubratio, ea tibi datur, Heros ampliſsime, ea tuo nomini atque adeo numini nuncupatur. Tu vultu, quo Principem decet ſummum, muneris tenuitatem nihil perpendens, mẽtem accipe, & beneuolentiſsimum animum introſpice, vt factum ab illo veſtro legimus, qui adeo geſtijt, adeo exilijt tantulo aquæ munere, quod munificentiſsimus, & magni animi agricola obtulit. Iamque vale Chriſtianæ Reip. decus, & gloria.

Dat. Neap. prid. Id. Ianuar. M. D. LXXVIII.

IOANNIS FRANCISCI LOMBARDI
SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS,

HEXASTICHON.

AD ILLVSTREM, ET REVERENDISSIMVM
D. D. BERNARDINVM A MENDOZZA,
Illuſtriſsimi Proregis Neap. filium, ac Sacræ
Theologiæ Doctorem.

VIVOLVS illuſtris Mendozza, ac docte ſacerdos
Vult illuſtrari lumine rite tuo
Non ab re, ſiquidem argumentum nobile tractat,
Clarius eſt quid enim nobilitate tua?
Ergo Mendozza illuſtra monimenta diſerti
VIVOLI, & eiuſdem aſsume patrocinium.

IO. AN-

IO. ANTONIVS PISANVS ARCHIATER STVDIOSIS.

DOLEBAT pręſens ætas quod philoſophi nunc tales nõ inuenirẽtur, quales fuiſſe credimus illos Platones, illos Ariſtoteles, alioſq; ante ſignatos, quorum celebre nomen nulla vnquam delebit obliuio. Cuius calamitatis, cũ multę aliæ aſſignari poſſint cauſæ, ſemper tamẽ illa viſa eſt potiſſima, quod ſtudioſi rectam philoſophandi viam non ſequuntur, nec aſſequuntur Nullus .n. eſt qui totum perlegat Platonem, totum Ariſtotelẽ, vel alium philoſophiæ ſcriptorem inſignẽ, ſed tempus ita conſumit in reuoluendis quibuſdam cõmentatoribus, in quęſtionibus inutilibus, & in nugis, vt poſt multorũ annorũ reuolutionem, vix vnum, vel alterũ ex Ariſtotelis operibus percurrere potuerit idẽ in logicis negotijs faciunt, nam vix principijs libatis ad Philoſophiã feſtinat, peritiam argumentandi, definiendi, diuidendi, locos conſtituendi, & demonſtrandi, perinde, ac ſi non eſſent futuro philoſopho pernecesſarij turpiter negligens. Ecce autem nunc veluti diuino numine percitus Franciſcus Antonius Viuolus, quæ ipſius ſunt partes, dũ multos annos priuatim, & publicè in Gymnaſio Neapolitano philoſophiam, ac logicã profitetur, de nobilitate inſtrumentorum ſciendi doctiſſimum commentariũ conſcripſit, in quo dum logices peritiam ad Ariſtotelis mentem docet, verã philoſophandi viam, & rõnem inſinuat, quo duce ſperandum eſt breui tempore multos futuros philoſophos, multos logicos, qui antiquorũ illorũ gloriam exæquent. Reliquum igitur eſt, vt hilari fronte hæc per legatis, ſic enim ad alia edenda, & longè vtiliora excitabitur. Valete.

IO. FRANCISCI LOMBARDI NEAPOLIT.
DE DOCTISS. VIVOLI
Etymo Tetraſtichon ophiodes.

VIVIT Ariſtoteles, inquantum Viuolus illum
Viuere vult magnus, viuit Ariſtoteles.
Viuit Ariſtoteles igitur ſub munere viui;

PROSPERI RENDELLAE MONOPOLITANI V.I.D. CANDIDISSIMO ERVDITISSIMOQ; PHILOSOPHO

Domino Franciſco Antonio Viuolo.

VERTICE nata Iouis, ſecum Dea mente reuoluens,
Quid faciat prudens, equet vt arte patrem;
Nulli iuncta Viro, te Viuole prodidit orbi
Ingenij qui ui ſummâ per aſtra volas.
Principia, & rerum poſſes, quis reddere cauſas
Tunc tibi cunctarum præbuit illa modos.
Sic artes ſuperas, ſic artibus omnia vincis,
Cur mirum, quare cedat Ariſtoteles?
Te velut Empyreo miſſum veneremur Olympo,
Dum tulit in gremio docta Minerua ſuo.
Viue, vale, fatale caput Proſerpina ſeruet
O poſt extremum non periture diem.

FRANCISCI ANTONII VIVOLI NEAPOLITANI PHILOSOPHI quæſitum an definitio ſit nobilius inſtrumentum demonſtratione.

PRÆFATIO.

NOBILE quidem ac illuſtre, nobilique, ac illuſtri laude dignum proponitur vobis quæſitum diſceptandum, vtile per admodum atque ſtudioſis omnibus in poſterioriſtica prouincia neceſſarium: num ſcilicet definitio, de qua verba facit Ar. in ſecundo poſt, ſit nobilius inſtrumentum ipſa demonſtratione ſimpliciter, an è contra? cuius quæſiti difficultas, atque excellentia, multos graues viros coegit negare definitionem eſſe inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione (eorum pace) toto cælo aberrantes, & non concedentes niſi demonſtrationem, & inductionem eſſe inſtrumenta ſciendi, pro eorum teſtimonio Ar. adducentes primo poſt. 134 & nos addimus eundem Ar. 2. priorum cap. 26. qui omnino definitionem non eſſe inſtrumentum acriter defendunt, Sed quantum iſti viri (eorum licentia) ſint deuij à via veritatis, teſtes voco Ar. & Au. ideo in hoc arduo, & difficili quæſito num diffinitio ſit inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione ſimpliciter; partem affirmatiuam nos afferentes, & non de hoc ex intento diſputantes, ſed quædam pauca dicentes ipſum tanquam meridiana luce clarius ommittentes, rem noſtram aggrediemur, illo tamen aſſpirante noſtru intellectum; ad id quod verum eſt illuſtrante; à quo cælum, & tota natura dependet vt regulariter procedamus. ſolitum quo in noſtris alijs quæſitis vti ſolemus ordinem ſeruabimus quoniam ſcire quid facias et neſcire quo ordine facias non eſt perfectæ cognitionis ideo. Primò aliorum falſas, atque apparentes, fideliter afferemus opiniones, cum eorum rationibus. Secundò quæ ſit mens Ar. atque Au. cum demonſtrationis rationibus confirmantes. Tertiò quanti valeant aliorum poſitiones, atque earum rationes examinabimus:

Ordo ſeruandus in quæſito.

hanc enim procedendi methodum in quæſitis omnibus perſcrutandis, Ariſtotelem ſeruaſſe comperimus, verum latere non oportet, quòd regula atque infallibilis è methodus 1. cæli 110. quodlibet nomen æquiuocum atque multiplex, prius quilibet artifex, tam nobilis, quam ignobilis, tam practicus quam ſpeculatiuus, tam magnus, quam paruus, & quicumque ſit, debet illud diuidere in ſua ſignificata: deinde determinare; ne anceps dubius atque confuſus remaneat intellectus regulam, quam admodum magnifecit Auer. 1. poſt comm. 33. cum dixit, expedit docenti, vt diuidat nomen æquiuocum in ſua ſignificata; & dirigat ad ſignificatum, de quo intendit ſermonem habere hanc ergo noſtrorum patrum nos regulam inſectantes, à veritate numquam ab errabimus, & quidquid dicemus, diſtinctè profectò, & non confuſe proferemus, hoc igitur nomen, ſcilicet inſtrumẽtum in doctrina Ar. bifariam reperitur; Aliud enim eſt inſtrumentum naturale; vt oculus, lingua, naſus, & cetera partes diſſimilares organica dictæ; ſeu vt dicunt græci, ethereogenea, anomehomera, inſtrumentales, ſeu vt vulgo officiales; teſte Ariſt. 2. de partibus animalium capit. 2. nec non 1. de hiſtoria animalium cap 1. verum etiam 5. meth. cap. de parte. Aliud vero eſt inſtrumentum artificiale, vt dolabra 2 de anima tex. 8. ſeu cultellus, ſerra, ſed nota, quod inſtrumentum, ſeu organum naturale eſt duplex: Aliud eſt animatum, vt ſeruus, Aliud inanimatum, vt organum, vt clare teſtatur Ar. 8. ethicorum cap. 7. vbi refert ſic (nam ſeruus animatum eſt organum Organum vero inanimatus ſeruus) quæ duo inſtrumenta naturæ, & artis, in duabus proprietatibus conueniunt, & in vna differunt nam inſtrumentum, ſine artis, ſiue naturæ, non eſt pars rei factæ, & vtrumque ſeparatur poſt conſtitutã perfectionem. Sed differunt quia inſtrumentum naturæ, tangit rei factæ partes omnes, intus, & extra, eodem modo. arte autem non tanguntur

Quot modis dicitur īſtrumentũ.

Cõueniẽtia, et differentia inter inſtrumẽta naturalia, et artificialia

guntur niſi exteriora ab organo; vt clare fatetur Ar. 2. de generatione animalium cap. 2. quod confirmans Au. 2. de generat. animal cap 4. dixit, inſtrumenta non inſunt in his quæ efficiuntur, neque ipſum efficiens, idem Ar. in 4. de gen. animal. c. 1. ponens diſcoliam inter inſtrumentum naturale. & artificiale: ſic retulit; inſtrumentum, & facultas vtens illo, ſimul à natura dantur, quorum inſtrumentorum diuerſitas eſt cauſata à diuerſitate virtutum, & non è contra. referente Auer. 4. de gen. an. cap. 1. de quibus naturalibus inſtrumentis ſermonem faciens Au. in libro de ſenſu. & ſenſato et 3. de anima com. 66. ait, inſtrumentis omnium ſenſuum proprium eſt, quod nihil habent actu ex illis, quæ comprehendunt, niſi inſtrumentum tactus; quod eſt compoſitum ex qualitatibus; quas comprehendit verum etiam. 2. colliget. cap. 18. inſtrumentum nutrimenti non eſt de ratione eius; vt ſit inſtrumentum motus; quia eſt magis conueniens; vt nutrimentum fiat per inſtrumentum quietis. ac in 2. de anima 18. inſtrumenta iudicantur eadem, aut diuerſa operationibus: quoniam opera ſunt fines inſtrumentorum ſed loquens philoſophus de inſtrumentis artis, in 1. de gen. an. cap 20. dixit; inſtrumenta artium quodammodo motum artis habent de quibus etiam inſtrumentis 7. phy. 30. loquens Ar. dicit; inſtrumenti diuerſitas facit in trāſlatione diuerſitatem figuræ; verum etiam inſtrumentum non mouet, ſine eo; cuius eſt inſtrumentum non mouet, ſine eo; cuius eſt inſtrumentum, & 3. cæli 28. dixit inſtrumentum in mouendo aut eſt propter melius, ideſt propter facilius, aut ex neceſſitate, & in 3. de aīa 38. loquens de inſtrumentis naturalibus, dixit manus eſt inſtrumētum inſtrumentorum; quod confirmans 4. de partibus animal. capit. 10. contra Anaxagoram dicentem, hominem eſſe prudentiſſimum omnium animalium, quoniam vnus omnium manus obtinet, ſed recta ratio exigit; vt quoniam prudentiſſimus omnium eſt. ideo manus receperit. manus enim inſtrumentum ſunt: natura autem vt homo prudens, ita tribuere ſolet cuique rem; qua vti poſſit. homo enim non propter manus prudentiſſimus eſt ſed quia prudentiſſimus omnium animalium eſt, ideo manus obtinet: quia enim prudentiſſimus eſt, recte plurimis vti inſtrumentis poteſt, manus autem eſſe videtur non vnum inſtrumentum, ſed multa eſt enim. vt ita loquar, inſtrumentum ante inſtrumenta natura igitur ei, qui artes plurimas recipere poteſt, manum reddidit; quæ ad plura inſtrumenta vtilis eſt & in eodem 4. de partibus cap 12. ait Ar. natura enim inſtrumenta ad officium, non officium, ad inſtrumenta accomodat. cum igitur duplex reperiatur inſtrumentum, aliud naturale, vt aſpera arteria labia, dentes, lingua, palatum, guttur, pulmo, 2. de anima 88. Ar. & 89. quæ ſunt inſtrumenta naturalia vocis. Aliud artificiale vt gladius quiſque certus ſit; noſtram diſceptationem non eſſe de inſtrumento naturali, ſed de artificiali: verum nec de artificiali manu facto, vt de cultello, dolabra, ſed de artificiali facto, & fabricato ab intellectu; cuius verus artifex, & opifex eſt intellectus: & habet eſſe in intellectu. quod duplex eſt: Aliud quod demonſtratio ſimpliciter appellatur; Aliud vero quod definitio nuncupatur; inter quæ maxima eſt controuerſia; an demonſtratio excellentia, & dignitate ſuperet definitionem, an definitio, nobilitate et præſtantia ſuperet demonſtrationem. Deus igitur optimus maximus ſit principium huius nobilis ingreſſus ad hoc nobile quæſitum; & ipſe ſit dux, & via, ab hoc excellenti quæſito nobilioris egreſſus.

vide cauſam quare homo obtinet manus.

¶ OPINIO GRAECORVM

demonſtrationem eſſe nobiliorem definitione.

ALEXANDER, *Ammonius, Adraſtus, Andronicus, Damas, Eudemus, Theophraſtus, Dilucidiſſimus, Themiſtus, Ioannes grammaticus, ac denique Magnus magiſter Simplicius, & tota Græcorum florida corona, pari voto atque nemine penitus diſcrepante, acriter, ac demonſtratiue defendere conantur, demonſtrationem eſſe nobiliorem definitione: imo nobiliſſimum: quid omnium. quæ in logica facultate conſiderantur. quam opinionem veram eſſe; vna tantum, & eorum iudicio, demonſtratiua ratione probant; quæ in forma eſt talis. ¶ illud inſtrumentum ſciendi, in aliqua facultate, eſt nobilius; ad quod omnia, quæ in illa facultate conſiderantur; habent attributionem, & reducuntur; ſed ad demonſtrationē omnia conſidarata in logica facultate habent attributionem, & reducuntur: ergo demonſtratio eſt nobilius inſtrumentum maior huius rationis tanquam vera, imo veriſſima, ab eis relinquitur. poteſt tamen à nobis probari auctoritate Auer. 2 phy. 82. minorem probant; primò ſupponentes, quod demonſtratio eſt vltimus finis in logica; quo conceſſo; probant ſic ordine reſolutiuo procedentes, ſyllogiſmus in communi eſt gratia ſyllogiſmi demonſtratiui, quod probatur per Au. 1. priorum cap. 1. vbi ait, ſyllogiſmum querimus, quia demonſtrationē quærimus, clarius tamen ex Ar. 1. priorum cap. 5. prius enim de ſyllogiſmo, poſterius de demonſtratione clariſſime. 1. priorum capit. 1. vbi aſſerit Ar. Primum circa quid & cuius, quoniam circa demōſtrationem gratia ſcientię demonſtratiuæ. patet igitur quod ſyllogiſmus eſt gratia damonſtrationis, et gratia ſyllogiſmi in communi eſt enunciatio; & gratia enunciationis nomen & verbum; quorum gratia ſunt decem voces ſimplices; de quibus in libro prædicamentorum. ergo ſequitur ex his, quod liber prædicamentorum eſt gratia libri de interpretatione, & liber de interpretatione eſt gratia libri priorum, & liber priorum, in quo agitur de ſyllogiſmo in communi, eſt gratia ſyllogiſmi demonſtratiui; propter quem ſyllogiſmum demonſtratiuum eſt ſyllogiſmus dialecticus, de quo fit ſermo in libro topicorum; & ſyllogiſmus elenchus de quo fit mentio in libro elenchorum. patet ergo quod omnia*

Rō græcorū unica.

Confirmatio Viuolum.

omnia quę in logico negotio conſiderantur, ſunt, & reducuntur ad demonſtrationem; de qua loquitur Ar. in libro poſt. ſequitur ergo clariſſime: demonſtrationem eſſe quid nobiliſſimum omnium, quæ in logica conſiderantur.

OPINIO LATINORVM.

ATINI interpretes græcis aſtipulantes, prædictam poſitionem veram eſſe, non nullis eorum inditio demonſtratiuis rationibus probare pro viribus enituntur; quarum prima eſt talis.

Prima Ratio latinorum cõfirmata p Violum.

Scientia per cauſam eſt perfectior ſcientia, quã illa, quæ eſt ſine cauſa teſte Au. 1. phy. 1. & 1. poſt. 11. clarius Ariſt. 2. met. 4. clariſſime tamen Auer. 1. poſt. 178. ſcientia per cauſam eſt perfectiſſima; imo Au. 2. poſt. 39. ait, quod qui neſcit rem per eius cauſam; non ſcit illam eſſe vere, ſed demonſtratio 2. poſt. 48. Ar. & 39. Au. facit ſcire per cauſã, & definitio facit ſcire ſine cauſa; ergo demonſtratio eſt perfectius inſtrumẽtum ſciendi, quam definitio.

Secunda Ratio latinorum cõfirmata p Violum.

Amplius illud inſtrumentum, quod facit acquirere naturaliter ignotum; eſt perfectius illo, quod nõ facit acquirere naturaliter ignotũ 1. top. cap. de ſpeciebus dialecticarum rationum; Sed demonſtratio eſt inſtrumentum, faciens acquirere naturaliter ignotum: 2. poſt. 1. 20. et 25. & definitio nõ; quoniam eſt ſicut inductio, exemplum, & enthimema ad inferendum aliquod; ergo demonſtratio eſt perfectius, & nobilius inſtrumentum, quam definitio.

Tertia Ratio latinorum.

Amplius, continens eſt perfectius contento, veluti aſſerit Ar. 4. cæli 35. 37. 39. quod confirmat Au. 4. cęli 23. 2. cæli 74. 2. de generatione, & corruptione 50. nec nõ 4 phy 49. atqui demonſtratio 1. poſter. 11. continet definitionem; quoniam definitio eſt principium demonſtrationis, eſt etiam concluſio demonſtrationis, & tota demonſtratio poſitione ſeu caſu differens, veluti ſcriptum apud Ariſt. comperimus 1. poſt. 64. 2. poſter. 45. & 46. & 1. de aĩa 11. vbi aſſerit; quod quid eſt principium cuiuſcunque demonſtrationis. ergo clariſſima relinquitur; quod demonſtratio eſt longe nobilius inſtrumentum, quam definitio.

Quarta Ratio latinorum.

Amplius continere eſt forma, contineri eſt materia 4. cæli 35. notatum reliquit Ar ſed demonſtratio continet, ergo gerit vicem formæ 1. poſter. 11. definitio continetur; vt ibidem patet, ergo definitio gerit vicem materiæ; ſed forma 2. phy. 12. 2. cæli 74. Au. eſt nobilior materiã quoniam eſt actus; 2. de anima 2. & 25. materia eſt potẽtia; vt ibidem clarum eſt, & 12. met. 14. ergo definitio eſt nobilior demonſtratione, & tanto magis, quoniam continere dicit actionem, & contineri paſſionẽ 2. cæli 74. Au ſed agens eſt nobilius paſſo: 3 de anima 19. ergo nulli dubium eſt: quod tũ ratione continentię, tum ratione actionis, demonſtratio eſt nobilius inſtrumentum ipſa definitione; & definitio ratione; qua continetur, et ratione qua patitur eſt inſtrumentum ignobilius ipſa demõſtratione.

Quinta Ratio latinorum cõfirmata p Violum.

Amplius omnis ſcientia demonſtratiua extremis generatur: veluti docet Ar. 1. poſt. 56. & 76. quorum vnus vocatur quod. 1. prædicatum, maius extremum, alterũ de quo. 1. ſubiectum, minus extremum. Alterũ quo 1. medium: demonſtratio demonſtrat, concludit, facit ſcire quod 1. prædicatum, de quo 1. de ſubiecto, mediante quo 1. medio termino v. g. omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale; ergo omnis homo eſt riſibilis, modo hæc demonſtratio demonſtrat quod 1. prædicatum, quod eſt ly riſibile: de quo ideſt de homine ſubiecto: mediante quo. 1. medio termino, qui eſt aĩal rationale. Modo animal rõnale, quod eſt medium, eſt definitio; quæ definitio, vt medium, eſt pars huius demonſtrationis, & demonſtratio eſt totum; Sed totum eſt nobilius ſua parte 1. politicorum cap. 2. 1. cęli 4. tanto magis, quoniam totum dicit formam, partes ſunt materia 5. met. 32. phy. 31. 7. met. 35. 4. phy. 49 quanto ergo forma nobilior materia, & totum perfectius parte; tanto demonſtratio eſt nobilior ac perfectior definitione.

Sexta ratio latinorũ cõfirmata per Violum.

Amplius Mos atque vetus eſt conſuetudo Ari. ea quę ſunt nobiliora; primo tractare, vt inductione patet in prædicamentis, primo tractat de ſubſtantia, ſecundario de alijs; quoniam alia prædicamenta ſunt accidentia, & ſubſtantia 2. de anima 2. eſt nobilior accidente in libro perihermenias prius de nomine, quam de verbo, in libro priorum primo de prima figura, cum ſit nobilior 1. priorum cap. de prima figura. & 1. poſt. 103. in 2. de aĩa primo de potentia viſiua. quæ eſt nobilior omnibus alijs ſenſibus; vt patet in tex. 63. à pari in lib. poſter. prius de demonſtratione poſterius de definitione; oſtendens, quod demonſtratio eſt nobilior definitione quod confirmat Aur 1. poſt. 7. vbi aſſerit; quod demonſtratio eſt primo intenta in hoc libro patet ergo ex hac peripatetica conſuetudine; demonſtrationem eſſe nobiliorem ipſa definitione iſta ſunt rationes græcorum, & latinorum: quas placuit nobis ſcribere; eas que non nullis auctoritatibus Ar. & Auer. confirmare: vt eorum imaginatio videatur habere aliquid apparentię. Verum ne quis, cuius ſtudium eſt in contradicendo: veluti ſunt illi, qui inuidia rumpuntur, audeat dicere; quod nos ſumus veluti formicæ, quę nihil venantur, ſed facta ab alijs colligunt. vt d. Ariſtot. 9. de hiſtoria animalium cap. 40. ideo operęprecium eſt modo; aliquas noſtras afferre rationes græcam, & latinam poſitionem corroborantes: ne demus iſtis maledicendi campum; quarum noſtrarum rationum prima ſit talis.

RATIONES CONFIRMANTES votum Græcorum & latinorum.

Violi 1. Ratio.

ILLVD quod eſt perfectiſſimum, & certiſſimum non poteſt dari eo certius; atque perfe-

ctiue quod quidē nemo ſanæ mentis negare poteſt; ſed demōſtratio ſimpliciter eſt perfectiſſima, & certiſſima: Au. referente 1. poſt. 7. ergo demonſtratione ſimpliciter non datur aliquid; quod ſit perfectius nec certius; ſed ipſa eſt omniū perfectiſſima, ac nobiliſſima, non ergo definitio eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter imo potius è contra.

Viuoli ſecunda ratio. Præterea et fortius, id quod eſt naturaliter magis dilectum, & naturaliter magis honorandum; eſt nobilius: vt probari poteſt ex 1. de anima tex. 1. ſed ſcientia demonſtrationis naturaliter eſt magis dilecta, et naturaliter magis honorāda: vt teſtatur Au. 1. poſt. in prologo, & non ſcientia definitionis: ergo ſcientia demonſtrationis, & demonſtratio eſt nobilior ſcientia definitionis, & ipſa definitione.

Viuoli tertia ratio. Amplius, id eſt nobilius, atq; principalius, cuius finis eſt nobilior, atque principalior: vt 2. de anima tex. 49. patet: atqui finis demonſtrationis nobilior ac principalior eſt teſte Auer. 1. poſt. in paraphraſi: vbi aſſerit, quod ſcire per demonſtrationē, eſt ſcire certum, & in vltimo nec non 1. poſt. 7. laudās ſcire ſimpliciter; ait quod eſt ſcire in ſummo, ergo luce clarius patet; quod demonſtratio eſt nobilior definitione.

Viuoli quarta ratio. Rurſus, id quod eſt digniſſimum eſt nobiliſſimum hæc propoſitio eſt adeo vera; quam ſi quis contradictionis ſpiritus negabit; pœna indiget, ſicut ille, qui dubitat, vtrum oportet Deos honorare, & parentes diligere. vt ait Ar. 1. top cap. 9. ſed demōſtratio eſt digniſſima; vt clare fatetur Au. 1. poſt. 99. ergo validiſſime ſequitur; quod demonſtratio eſt nobiliſſima ſi nobiliſſima, ergo non poteſt preſumi; quod definitio, nec aliquid in logico negotio conſideratum ſit nobilius demonſtratione. ipſa ergo demonſtratio ſimpliciter eſt magis perfecta, magis certa, nobilior, principalior, magis honoranda, magis dilecta, magis digna, ipſa definitione: & per conſequens à quolibet in quolibet ſcientiarum genere peritiſſimo magis complectenda.

OPINIO ASSERENTIVM DEFInitionem non eſſe inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione, & per conſequens tota nobilitas reperitur in demonſtratione non in definitione.

Prima ratio corroborata per Viuolum. NOMEN, Titulus, atque libri inſcriptio ſumitur à nobiliori re conſiderata in illo libro, ſed in libro poſt. conſideratur de demōſtratione in primo, & de definitione in ſecundo, & non de definitione; ſed de demonſtratione inſcribitur liber poſt. vt fatetur Ar. 2. poſt tex. 101 & Au. in prologo 1. poſt. ergo ſignum eſt euidentiſſimum; quod demonſtratio eſt nobilior definitione.

Secunda ratio. Amplius definitio non eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione: ergo non cadit comparatio in nobilitate inter demonſtrationem, & definitionē antecedens probatur ſic; quoniam omnis definitio 2. poſt. 64. aut eſt principium demonſtrationis 1. de anima 11. aut eſt concluſio demonſtrationis 2. poſt. 45. 46. aut tota demonſtratio ſitu, & poſitione differens vt ait Auer. in Epit. log. cap. de triplici ſpecie definitionis, & 1. poſt. 64. 2. poſter. 45. 46. modo illa definitio, quæ eſt principium demonſtrationis, non eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione; quoniam eſt pars ipſius; nec illa, quæ eſt concluſio quoniam eſt concluſa per demonſtrationem, nec illa, quæ eſt tota demonſtratio, quoniam hac ordine differt à demonſtratione: quia quod in vna præponitur, in altera poſtponitur, Au. teſte in 8. quæſito poſter. & primo poſter. 64. 2. poſter. 45. & 46. qui ordo non facit differentiam eſſentialem, ſed accidentalem. ſequitur ergo quod nulla ſpecies definitionis eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione; Sed omnis definitio eſt in demonſtratione cum demonſtratione, & eſt aliquid demonſtrationis; & ſemper reſpicit demonſtrationem; ergo demonſtratio eſt valde excellentior, præſtantior, atque nobilior definitione.

Tertia ratio. Amplius; illa, quæ habent eundem finem ſunt eadem, & non diſtincta 2. de anima 38. Sed demonſtratio & definitio habent eundem finem ſeu operationem 2. poſter. 7. 15. 16. & 17. ergo demonſtratio & definitio ſunt eadem, & non ſunt inſtrumenta diſtincta. minor etiam patet ex Auer. 2. poſt. 7. vbi ait idem ſciri demonſtratione & definitione, ſola poſitione differente, & ſi differt non niſi in modo quærendi: vt propter quid in tonitruo fit ſonus; quia extinguitur ignis in nube: & quid eſt tonitruum, eſt ſonus factus in nube, propter extinctionem ignis primum ſcimus demonſtratione, ſecundum definitione, & idem ſcimus: Ergo non ſunt duo inſtrumenta diuerſa; ergo inter ea non cadit comparatio in nobilitate; ſed in demonſtratione reperitur tota excellentia atque nobilitas.

Quarta ratio. Amplius, Ariſtot. 1. poſter. text. 1. volens manifeſtare illam propoſitionem, ſcilicet omnis doctrina, & omnis diſciplina, ipſam manifeſtat duplici inductione: prima in omnibus ſcientijs ſpeculatiuis; ſecunda in omnibus inſtrumentis ideſt in ſyllogiſmo, inductione, exemplo, & enthimemate, & nullam fecit mentionem de definitione: Vnde ſi definitio eſſet inſtrumentum, vtique defeciſſet in probatione, cum reliquiſſet inſtrumentum nobiliſſimum, ex quibus ergo patet, quod definitio non eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione; & per conſequens non datur aliquod nobilius ipſa demonſtratione.

VERITATIS DETERMINAtio, ex qua patet Aduarſariorum confutatio.

Quæſiti determinatio. CVm in cunctis rebus ab intellectuali virtute deſiderādis; naturaliter et præcipue charior, & dulcior, ac dilectior ſit veritas tenemur igitur eam ſemper attente, et feruide, vt efficacius meditari poteſt, obtinere, ſuoſque hoſtes eam prauiter litigantes, ſe vere percipi: ac ei obijcien-

obijcientes, cum varijs diſpendijs ipſam ſeducere; pertractantesque viſceribus ardentibus, interimere conantur. itaque veritas vbique inter omnia obſtacula vigeat; & preualeat ſententiam, quam reliquit Au. in prohemio libri destructio: destructionum: veritas ergo præſentis quæſiti hæc eſt, ſemper à nobis tamquam peripatetica concluſio defendenda quod definitio eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione ſimpliciter; & valde nobilius inſtrumentum, quam demonſtratio. quam concluſionem eſſe ſecundum peripateticos mores; & nihil eſſe à dictis Ari alienam rationibus demonſtratiuis; & auctoritatibus nullam gloſam patientibus, probare imo demonſtrare proponimus, & primum teſtimonium veritatis ſit Ariſt.

Prima Ratio ueritatis.

Ariſtoteles veritatis inuentor 1. poſt. tex. 8. declarans, quod definitio eſt inſtrumentũ diſtinctum à demonſtratione, ſic ait. (quare cuius ſimpliciter eſt ſciẽtia, hoc impoſſibile eſt aliter ſe habere. ſi igitur & alter eſt ſciendi modus, poſterius dicemus) per, quæ verba clare fatetur: quod præter demonſtrationem, que eſt vnus modus ſciendi, per quem ſcimus accidentia 11. met. 1. Ar. datur etiam alter. i. diuerſus modus ſciendi, per quem ſcimus ſubſtantiã; qui modus alter ſciendi non eſt demonſtratio quia, & propter quid, vt falſo imaginantur latini quoniam Ar. ibi loquitur de modo ſciendi ſimpliciter; non ſecundum quid, ſed vt dicunt periti doctores, ĩtelligit definitionem, quę facit ſcire ſimpliciter: de qua definitione tamquam de inſtrumento, & modo ſciendi Diuerſo à demonſtratione loquitur poſterius 1. in 2. poſt. & non vt de medio, vt volunt græci quoniam de medio Ar. tractat in 1. poſt. vt multi imo ſexcenti teſtus Ariſt. ſunt teſtes: vt dicemus deo dante in noſtra expoſitione, ſuper libro poſt. habeas ergo pro manifeſto per hæc Ari. verba, definitionem eſſe modum et inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione: quam diſtinctionem, ac diuerſitatem oſtendit illa particula in text. allegato ſita (Alter.)

Secunda Ratio ueritatis.

Amplius, et fortius oẽs homines naturaliter ſcire deſiderant ſententia eſt Ar. 1. met in prologo c. 1. & illa quæ ab iſtis ſciri deſiderantur naturaliter ſunt quatuor, quorũ 2. poſt. 1. & 7. met. 59. primũ eſt, ſi eſt ſecundum quid eſt, tertium quia eſt, quartũ propter quid eſt; & vltra hæc quatuor quæſita nõ eſt nobis naturaliter deſideriũ teſte Auer. 2. poſter. com. 3. quorum tria ſunt accidentia, vt ſi eſt, quia eſt, & propter quid eſt: vltimum vero dicit ſubſtantiam vt quid eſt, quæ tria cum ſint accidentia, ſunt diuerſa à quarto quod dicit ſubſtantiam: ſicut accidens ẽ diuerſum à ſubſtantia. Ex quibus fiat ratio demonſtratiua, diuerſa quæſita diuerſa opera, 2. de anima 38. Ar. arguunt diuerſa inſtrumenta, ac adinuicem diſtincta: ſed hęc quæſita quatuor ſunt diuerſa, ac diſtincta, ergo arguunt diuerſa inſtrumenta: vt ſi eſt, quia eſt, & propter quid eſt, quæ denotant accidens; arguunt demonſtrationem; quæ abſoluit accidentia 11. met. 1. et quæſitũ quid quod dicit ſubſtantiam, arguit definitionem, quæ abſoluitur ſubſtantiis, 2. poſt. à tex. 9. vſque ad 19. ſed augeas hanc rationem. Sed ſubſtantia eſt nobilior accidente, 2. de anima 2. ergo definitio eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione, & nobilius ipſa demonſtratione. Nota candide lector quoniam hęc ratio demonſtrat.

Tertia Ratio ueritatis.

Amplius ſi fides Auer. eſt adhibenda; locus eſt inſolubilis 7. met. 42. ait; quod conſiderare de definitionibus eſt commune logico, & philoſopho; ſed duobus modis diuerſis: logicus enim cõſiderat de definitionibus, ſecundum quod eſt inſtrumentũ, quod inducit intellectum ad intelligere quiditates rerum: philoſophus autem, ſecundum quod ſignificat naturas rerum quid clarius? ad oſtendendum definitionem eſſe inſtrumentum diuiſum à demonſtratione? imo tanto nobilius demonſtratione, quanto facit ſcire rerum quiditates, eſſentias, atque ſubſtantias; demonſtratio vero accidentia, & entia diminuta, & ſecundum quid appellata, & ſi dices nego Auer. quia in hoc est noster aduerſarius, probo cum Ariſtotele.

Quarta Ratio ueritatis.

Amplius, & validius, illud inſtrumentum, quod non affirmat, neque negat; eſt longe diuiſum, & diſtinctũ ab illo, quod affirmat, & negat: quis negabit? Sed definitio nõ affirmat, neq; negat. 1. poſt. 14. Ar. et 2. poſt 45. Auer. demonstratio affirmat, & negat, 2. poſt. tex 16. Ar ergo demonſtratiue ſequitur, quod definitio est diſtinctum inſtrumentum a demonstratione & quomodo contrarium ſuſtineri potest, non ne hæc ratio demonſtrat contra aliter ſentientes? quam rationem confirmat Auer. in Epit. log. cap. de definitionibus; vbi ſic formaliter inquit. Dicimus autem de ea, quæ ſit oratio, cuius compoſitio est cõpoſitio clauſulæ, conditionis, & nexus; vt id ſit propria differentia, qua differt à demonstratione: cum demonstrationis compoſitio ſit compoſitio illius; quod verificatur, aut falſificatur vbi per ly falſificatur intelligitur. i. negatur.

Confirmatio rationis per Auer.

Quinta Ratio ueritatis.

Rurſus & inſolubiliter Ar. 2 poſt. 8 adeo clare loquitur contra dicentes, definitionẽ non eſſe diſtinctum inſtrumentum à demonstratione quod neſcio quõ poſſunt accomodare ſolutionẽ dicit n. Ar. (quomõ autem, quod quia est monstratur: & quis modus reductionis, & quid est definitio, et quorũ dicamus, cum dubitauerimus primo de ipſis) ex quibus verbis clare ſumitur: quod Ar. quatuor quæſita perſcrutanda proponit: primũ est, quod dicit, quomõ autem. à quo inſtrumento monſtratur ipſum, quod quid inſtrumentum vocat modum; ſic notſimus est in 1. poſt. 8 & quid est definitio; vt instrumentum, & quorum est definitio; vt instrumentum ſi .n. vellet Ar. quod definitio non est instrumentum diſtinctũ à demonſtratione: non vtique quæreret hęc quæſita indaganda per definitionem; ſed tantum per demonstrationem non ne hæc ratio concludit? bone vir. Nota plus vltra quę ſequuntur.

Sexta Ratio ueritatis.

¶ Præterea, & fortius Ariſtot. 2. poſter. tex. 9. determinans veritatem huius quæſiti; ſcilicet an definitio ſit inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione: monet hoc problema dicens (Dubitare

enim quiſpiam poſſet : an eſt idem & ſecundum idem definitione ſcire, & demonſtratione) clariſſime reſpondet, dicens determinando veritatem dicens ſic (aut eſt impoſſibile) quaſi dicat, quod impoſſibile eſt, idem ſcire per demonſtrationem, & per definitionem: quoniam ſunt duo inſtrumenta diuerſa ipſe met aſſignat cauſam impoſſibilitatis, & inſtrumentorum, ſcilicet definitionis, & demonſtrationis diuerſitatis; ſic dicens (definitio nanque ipſius quid eſt eſſe videtur : quid eſt autem omne vniuerſale & prædicatiuum: ſyllogiſmi vero ſunt, hi quidem priuatiui, illi autem non vniuerſales : & quid clarius, ò bone Deus, ſi Ariſt. qui eſt index veritatis, eſt cum nobis in nobis, & pro nobis, quis contra nos ? ſi Ariſt. vellet, quod definitio non eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione: vtique non dixiſſet an ſcire per definitionem ſit idem, quod ſcire per demonſtrationem : vnde fiat ratio talis, eo modo quo querit de demonſtratione; eodem modo quærit de definitione; ſed quærit de demonſtratione, vt de inſtrumento, ergo quærit de definitione vt de inſtrumento; ergo definitio eſt diuerſum, ac diſtinctum inſtrumentũ a demonſtratione.

Septima Ratio ueritatis.

Amplius ſententia eſt Ariſt. adeo clara 2. poſt. 10. quod contrarium aſſerere eſt purus error : ait enim Ariſt. (huius autem ratio : quoniam ſcire eſt demonſtratiue demonſtrationem habere, quare ſi in talibus eſt demonſtratio : planum quod non eſſet vtique ipſorum, & definitio : ſcire enim poſſet aliquis, & ſecundum definitionem non habens demonſtrationem : nihil enim prohibet non ſimul habere) & quid clarius ? quiſque ergo claudat ſuũ os: vnde fiat ratio concludens talis. illa dicuntur, & ſunt adinuicem diſtincta, quorum poteſt haberi vnũ abſque reliquo : vt patet in hoc tex. ſed demonſtratio poteſt haberi abſque definitione, & definitio abſque demonſtratione; ergo quiſque noſtræ poſitionis defenſor ſit lætus, & victor contra aduerſarios quod definitio eſt inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione.

Octaua Ratio ueritatis.

Amplius Demon ille Ar. 2. poſt. 16. ait, quod omnis demonſtratio aliquid de aliquo monſtrat, vt quod eſt, aut non eſt, in definitione vero nihil alterum de altero prædicatur: quemadmodum neque animal de bipede, neque hoc de animali; neq; vtique de plano figura, non enim eſt planum figura, neque figura planum) ex quibus verbis maniſeſte ſumitur, quod partes demonſtrationis ideſt termini adinuicem prædicantur : partes vero definitionis adinuicem non prædicantur: vnde fiat ratio inſolubilis & demonſtratiua. illud inſtrumentum non eſt idem cum altero, ſed longe diuerſum ab illo, cuius partes ad inuicem prædicantur; ſed partes demonſtrationis, adinuicem prædicantur, & conuertuntur, & partes definitionis non adinuicem prædicantur; nec conuertuntur: Ergo etiam cæci iudicabunt; quod definitio eſt inſtrumentum diuerſum à demonſtratione. & è contra.

Nona Ratio ueritatis.

Præterea Naturæ filius Ariſt. 2. poſt. tex. 17 regulam reliquit; quod alterum eſt monſtrare, quid eſt, & monſtrare, quod eſt : ſicut quid non eſt idem cum eſſe 1. poſt. 14. ſed definitio monſtrat quid eſt, & demonſtratio quod eſt : ergo definitio eſt altera, ac diuerſa ab ipſa demonſtratione quid dicitis vos oppoſitum defendentes, non ne hęc ratio eſt Ariſtotelis; quis contra Ariſt. ?

Decima Ratio ueritatis.

Amplius philoſophorum Pater Ar. 2. de anima 38. inſtrumenta dicuntur diuerſa, & eadem operibus; vnde inſtrumenta ex operibus iudicantur ſi enim opera ſunt eadem, inſtrumenta ſunt eadem, & ſi opera ſunt diuerſa, inſtrumenta ſunt diuerſa: ſed operatio definitionis eſt diuerſa ab operatione demonſtrationis : quoniam definitio monſtrat, quid ideſt ſubſtantiam, & demonſtratio quod ſeu, quale, quod eſt accidens 1. poſt. 17. Ariſt. ergo quantum erunt duri corde, qui dicunt; quod definitio non ē alterum & diuerſum inſtrumentum à demonſtratione ? non ne vident claros textus; clariores rationes & apertiſſimam Ariſt. voluntatem : qui de facto vult quod definitio ſit inſtrumentum diſtinctum à demonſtratione.

Vndecima Ratio ueritatis.

Rurſus Ariſt. index veritatis 2. poſt. 18. in fronte tex. ait (Alterius uero altera demõſtratio) quaſi dicat alterius ſeu diuerſi quæſiti, altera demonſtratio. i. alterum, & diuerſum, ac ſeparatum eſt inſtrumentum : vt bene exponit Euſtratius; clarius tamen 2. poſt. tex. 19. Notate vos contrarij hæc aurea verba cõtra vos. (Manifeſtum igitur, quod neque cuius definitio, huius omnis demonſtratio ē neque cuius demonſtratio, huius omnis definitio; quare omnino eiuſdem nullius contigit ambo habere : quare planum, quod neque definitio, & demõſtratio, neque idem eſſe poſſunt) ecce finale decretum : quando dicit quod definitio, & demonſtratio neque idem eſſe poſſunt : vnde ratio illa, quæ non ſunt eadem, ſunt diuerſa, atque inter ſe diſtincta, ſed definitio, & demonſtratio non ſunt idem; ergo definitio & demonſtratio ſunt inſtrumenta diuerſa, atque valde diſtincta, non ergo duo tantum ſunt inſtrumenta, ſyllogiſmus .ſ. & inductio, ſed datur etiam inſtrumentum validiſſimum, quod eſt definitio.

Duodecima Ratio ueritatis.

Amplius ſicut per vos ideo definitio non eſt inſtrumentum ſciendi; quoniam Ariſt. in 1. poſt. tex. 1. probans illam propoſitionem, omnis doctrina & omnis diſciplina : verificauit ipſam per inductionē factam in ſcientijs ſpeculatiuis, & inſtrumentis & nominando inſtrumenta, nominauit ſyllogiſmum inductionem, exemplum & enthimema; & non nominauit definitionem : ergo ſequitur per vos quod mens Ariſt. non eſt quod definitio eſt inſtrumentum ſciendi : ſi hæc oratio valeret, tunc ſequeretur quod neque demonſtratio eſſet inſtrumentum quoniã neque demonſtrationem nominauit : & ſi dices; quod nominando ſyllogiſmum, nominauit demonſtrationem : quoniam ſyllogiſmus eſt genus 1. poſt. 8. & demonſtratio eſt ſpecies : & qui nominat genus, potentia nominat omnes ſpecies. Et ego dico quod etiam nominando tacite, & implicite demonſtrationem ſub nomine ſyllogiſmi, nominauit

etiam

etiam tacite ipſam definitionem: quoniam demonſtratio continet in potētia definitionem 1. poſt. 11. Ar. Vnde ſi per vos hęc ratio eſt demonſtratiua, & cōcludit contra nos; quod definitio non eſt inſtrumentum ſciendi: quoniam Ariſt. non nominauit ipſam in 1. poſt. in tex. 1. ergo ratio noſtra concludit, & demonſtrat contra vos: quoniam Ariſt. 7. met. tex. 48. loquens de illa met propoſitione de qua locutus fuit in primo poſt. dicit ſic: (atqui omnis diſciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua; eſt; aut per demonſtrationem aut per definitionem. ecce modo quod Ariſt. nominauit demonſtrationem, & definitionem: ergo ambo ſunt inſtrumenta ſciendi. Vnde fiat ratio maximi momēti contra vos, & cōcludit. ſicut ſe habet negatio ad negationem, ſic ſe habet affirmatio ad affirmationem: regula eſt Ariſt. 1. poſt. text. 99. ſed ſi per vos definitio non eſt inſtrumentum; quia non fuit nominata ab Ariſt. inter in inſtrumenta 1. poſt. 1. ergo definitio eſt inſtrumentum ſciendi; quia fuit nominata ab Ariſt. inter inſtrumenta 7. met. 48. & in illa propoſitione ſub qua non fuit nominata in 1. poſt. ſub illa met propoſitione fuit nominata in primo met. hæc quidem ratio concludit; vt patet intelligenti: dicas ergo indubitanter: quod definitio eſt inſtrumentum ſciendi, & diſtinctum à demonſtratione: quoniam in loco allegato Ariſto. nominauit demonſtrationem, & definitionem, alteram diſtinctam ab altera; in illis verbis: quando dixit: aut per demonſtrationem, aut per definitionem. gaudeo quidem hoc demonſtrare: fiat ergo ratio per vos: illa ſunt inſtrumenta, quę nominantur ab Ar. ſed demonſtratio, & definitio nominantur ab Ar. 7. met. 48. ergo ſicut demonſtratio eſt inſtrumentum ſciendi, ſimiliter definitio eſt inſtrumentū ſciendi, immo magis.

Decima tertia ratio ueritatis.

Amplius naturæ ſecretarius Ariſto. contra illos; qui nolunt cedere ueritati; ſic ait 2. poſt. tex. 33. (Ex his igitur; neque definitio & ſyllogiſmus videntur idem eſſe; neque eiusdem ſyllogiſmus, & definitio, ad hæc autem. quoniam neque definitio, nihil neque demonſtrat, neque monſtrat, neque ipſum quid eſt, neque definitione, neque demonſtratione eſt cognoſcere) o bone Deus non ne Ar. clariſſime loquitur: quod definitio non eſt idem cum, et ſyllogiſmus eſt non idem; ergo ſunt duo inſtrumenta ſciendi diuerſa nota bone vir: quoniam hæc ratio demonſtrat.

Decima quarta Ratio ueritatis.

Præterea Peripateticorum princeps Ariſt. 2. poſt. 68. declarans diuerſitatem, quæ reperitur inter definitionem, & demonſtrationem: ſic ipſum manifeſtat per modum Epilogi (quomodo igitur ipſum; quid eſt in definitione aſſignatur, & quomodo demonſtratio, aut definitio eſt ipſius, aut non eſt dictum eſt, ecce quod ly aut poſitum inter demonſtrationem, & definitionem, eſt nota diſtinctionis, diſtinguit; atque ſeparat demonſtrationem ab ipſa definitione, tamquam varia & diuerſa inſtrumenta ſciendi.

Decima

Rurſus & difficilius omnium magiſter Ariſt. 7. met. 42. & 2. phy. 28. & in Epit. log. cap. de definitionibus Auer. omnis definitio fit ex genere & differentijs: quod genus eſt forma communis, & vniuerſalis 2. phy. 28. & non eſt prædicatum conuertibile, nec proprium: vt in prædicamentis cap. de ſubſtantia inquit Ar. & Au. 1. poſter. 41. & 150. nec non 2. poſt. 94. demonſtratio vero primo poſte. 9. 66. 67. 68. contra Briſſonem arguit Ar. dicens: quod non debet fieri ex communibus, imo 2 de generatione animalium cap. 6. Inquit Ar. quod demonſtratio, quæ non fit ex proprijs; eſt logica. quia quo vniuerſalior, eo remotior à proprijs principijs: imo dicit; quod rationes, quæ non ex proprijs dicuntur principijs; inanes ſunt, modo ſi demonſtratio conſtat ex proprijs, & conuertibilibus: definitio autem ex communibus; nempè ex genere: ergo apud omnes poſterioriſtas luce clarius apparebit: quod definitio eſt inſtrumentum ſciendi valde diuerſum à demonſtratione, & qui oppoſitū refert poſterioriſticam facultatē non callet.

quinta ratio ueritatis.

¶ Amplius, Omnis demonſtratio fit ex tribus, medio termino, maiori extremo, & minori extremo 1. poſt. 36. & 76. Ar. medius terminus eſt forma, 1. poſt. 11. 2. poſt. 58. quæ forma eſt ſubſtantia 2. de anima 2. & 25. maior extremitas eſt accidens: quoniam demonſtratio abſoluit accidens. 1 poſt. 32. & 12. met. capit. 1. ſed definitio 5. met. 5. 7. met. 5. 7. top. in ſuo loco. Ariſt. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. Ar. nec non 2. poſt. 20. quæ forma dicit ſolam ſubſtantiam 12. met. 14. & 2. de anima 2. & 25. ergo ſi demonſtratio fit ex accidenti, & forma; definitio ex ſola forma, ergo definitio longe eſt diuerſum ſciendi inſtrumentum à demonſtratione.

Decima ſexta ratio ueritatis.

Amplius, & vltima ratio demonſtratiua: illa quæ habent diuerſas definitiones, diuerſas operationes, atque diuerſas formas; ſunt abinuicem diuerſa, atque diſtincta: ſed demonſtratio habet diuerſam definitionem à definitione, quoniam demonſtratio eſt ſyllogiſmus ſcientialis: 1. poſt. 8. Ar. & definitio eſt oratio, quod quid erat, eſſe ſignificans 1. top. cap. determino Ar. habet etiam diuerſam operationem: quoniam demonſtrat quod: 2. poſte. 17. & definitio, demonſtrat quid, habet diuerſam formam: quoniam alia eſt forma demonſtrationis 2. poſt. 17. à forma definitionis. ergo demonſtratio eſt diuerſum inſtrumentum à definitione, diuerſitate definitionis, operationis, & formæ. quomodo ergo, dicunt iſti; quod definitio non eſt inſtrumentum ſciendi diſtinctum à demonſtratione? iſtæ ergo ſunt rationes, quibus quæſiti veritas corroborata fuit, & nemo ſit qui oppoſitum defendat: quoniam Ariſtotelice maieſtati oppugnabat; operæpretium eſt modo addu cere rationes probantes; definitionem eſſe nobilius inſtrumentum ipſa demonſtratione.

Decima ſeptima Ratio ueritatis.

RATIO-

RATIONES PROBANTES, DEfinitionem eſſe nobilius inſtrumentum demonſtratione.

VISIS rationibus probantibus definitionem eſſe inſtrumentum ſciendi valde diuerſum, & diſtinctum à demonſtratione: ideo videndum eſt modo qua nam ſit rei veritas: an definitio ſit nobilius inſtrumentum demonſtratione. verum quia adhuc ſub iudice lis eſt: ideo recurrendum eſt ad iudicem: ait enim Ar. 5. ethicorum cap. 7. (quotiens controuerſia exiſtit ire oportet ad iudicem, ideſt ire ad ius nam iudex eſſe debet, veluti animatum ius) imo debemus quęrere iudicem neutri parti addictum; ſed tantum veritati: qui non moueatur nec odio, nec amore, iuxta decretum Ar. 1. cæli 105. cum dicit (etenim oportet eos arbitros eſſe, non aduerſarios: qui veritatē ſunt iudicaturi ſufficienter) ſubdit Auer. in com. & dicit: maxima enim cauſa diuerſitatis eſt amicitia, & odium, ſit ergo iudex Ariſt. qui veritati tantum fauet: qui cum vtriuſque partis rationes audiuerit, optime quidem iudicabit: iuxta eiuſdem præceptum 3. met. 1. vbi ait (item melius ſe habere, neceſſe eſt illum ad iudicandum; qui tanquam aduerſarios oēs vtriuſque rōnes oppoſitas audiat.

Veritas ergo quæſiti & Ar. irreuocabile decretum eſt: quod definitio ſit nobilius, atque præſtantius inſtrumentum; quam demonſtratio: quę concluſio licet ſit vera, iā probatur multis demonſtratiuis rationibus: quarum prima eſt talis.

Prima Rō quod definitio est nobilior demonstratione. Pro notitia primæ rationis eſt notandum 1. poſt. 15. & 2. met. 4. vnumquodque eſt maxime tale, ſecundum quod alijs ineſt vniuocatio. & 10. met. 7. Auer. in omni genere eſt vnum primum, quod eſt metrum et menſura omnium in illo genere exiſtentium: ſic in genere ſubſtantiæ eſt vnum principium primum: & iſtud eſt Deus glorioſus, qui eſt principium tanquam forma, & finis omnium quia igitur Deus glorioſus eſt actus purus, & eſt metrum, & menſura omnium entium, & ſubſtantiarum: quatenus entia & ſubſtantię ſunt penes approximationem, & receſſum attenditur principaliter entitas, & perfectio verum; tanquam circa primam regulam, à qua primo venamur huiuſmodi differentiam entium: vnde inquit Auer. 2 cæli 63 diſtantię entium ſunt valde diuerſa in hoc et Ar. 1. cæli 100. A primo inquit, principio communicatum eſt eſſe, & viuere; omnibus his quidem clarius; his vero obſcurius, & quoniam forma ſubſtantialis eſt imago quædam, & participatio primę formæ: ipſa magis participat de entitate, & prius quam ipſa materia. quo ſtante arguatur ſic: quanto aliquod magis participat de aliquo nobili; & eſt propinquum illi; tanto dicitur nobilius illo; quod non ſic participat de illo: & quod eſt remotius ab illo teſte Ar. 2. cæli 66. vbi aſſerit, illud ē melius quod eſt optimo propinquius. Sed definitio magis participat de nobiliſſimo, & magis eſt propinqua illi, quam demonſtratio: ergo definitio eſt nobilior demonſtratione. minor probatur; quoniā definitio eſt ſola forma 3. met. 3. & 7 met. 35. 7. top. cap. 2. Auer. 2 poſt. 10. & in libro de ſubſtātia orbis, cap 1. & ſi materia ingreditur definitionem, non niſi vt eſt vehiculum deferens formam, & non per ſe: ſed demonſtrationem ingreditur materia, vt medius terminus, & per ſe: teſte Auer. in quæſito 8 poſt. ſequitur ergo. quod definitio ratione, qua magis participat de forma, de actu, de ente eſt magis propinqua primo nobili, & optimo eſt nobilior demonſtratione; quæ minus participat de actu, de forma, de ente.

Secunda Ratio. Amplius, & ſuppono vnum: quod ſubſtantia ē nobilior accidente 2. de anima 2. & 7. met. 4. quo ſtante arguatur ſic: quando ſunt duo aggregata, quorum unum eſt aggregatum ex ſubſtantia et ſubſtantia; & alterum eſt aggregatum ex ſubſtantia, & accidente, nulli dubium eſt: quod illud, quod eſt aggregatum ex ſubſtantia & ſubſtantia eſt longe nobilius illo, quod eſt aggregatum ex ſubſtantia & accidente: quoniam id quod eſt aggregatum ex ſubſtantia & ſubſtantia eſt aggregatum ex nobili & nobili, id vero, quod eſt aggregatum ex ſubſtantia & accidente, eſt aggregatum ex nobili & ignobili, ſed definitio eſt aggregata ex ſubſtantia & ſubſtantia, vt ex genere 7. met 42. quod eſt ſubſtantia in prędicamentis cap. de ſubſtantia, & ex differentia, quæ eſt ſubstantia: quoniam eſt forma 2. phy. 28. quæ forma eſt ſubſtantia 2. de anima 2. & 25. & 7. met. 34 & demonſtratio eſt aggregata ex ſubſtantia; vt ex medio termino: qui eſt forma 2. poſte. 95. & 1. poſte. 11. & 2. poſt. 38 quod clare aſſerit Au. 6. met. 1. quādo dicit; demonſtratio enim eſt de ſubſtantia ad accidentia, et ex maiori extremitate; quę eſt accidens; vt in hac demonſtratione clare patet. omne rationale eſt riſibile; omnis homo eſt rationalis; ergo omnis homo eſt riſibilis. In qua demonſtratione ly rationale eſt ſpecifica differentia, quæ eſt ſubſtantia: teſte Porphyrio, & ly riſibile est accidens, eodem Porphyrio teſte cap. de proprio: ergo pro comperto omnibus relinquatur, quod quanto aggregatum ex ſubſtantia & ſubstantia est nobilius aggregato ex ſubstantia, & accidente, tanto definitio, quę est aggregata ex ſubstantia & ſubstantia est nobilior demonstratione, quæ est aggregata ex ſubstantia & accidente. hęc rō demonstrat.

Tertia Ratio. Amplius & vtor, armis latinorum contra latinos: & ſi ipſi credunt concludere contra nos, de facto & doctius concludimus contra illos; & dicimus ſic: continens est nobilius contento, regula est 4. cæli 35. 37. 39. nec non 4. cęli 23. 1. cæli 24. 2. de generatione et corruptione 50. et 4. phy. 49. ſcriptum reperitur; ſed definitio 2. poſte. 45. Auer. continet demonstrationem; ergo definitio ē nobilior demonstratione, & non obſtante auctoritate Auer. pro probatione minoris affero pulcherrimum exemplum; & Nota tu posteriorista dicit enim Auer. 1. post. 64. quod demonstratio in potētia continet definitionē quod confirmat 1. poſt. 11.

exdo-

expenit ipſe ſic : ideſt ; illi termini , qui reperiuntur ſub forma demonſtrationis, potentia continent ; ideſt poſſunt recipere formam definitionis ; corrupta tamen forma demonſtrationis à parte : illi met termini , qui reperiuntur in actu ſub forma definitionis , potentia continent demonſtrationem v. g. fiat demonſtratio , hoc pacto : interpoſitio terra inter ſolem & lunam eſt priuatio luminis , eclypſis eſt interpoſitio terra inter ſolem & lunam , ergo eclypſis , eſt priuatio luminis in luna iā patet modo, quod iſti termini, reperiuntur in actu ſub forma demonſtrationis ; & potentia continent definitionem : depraunetur modo forma demonſtrationis ; & fiat forma, et compoſitio definitionis ex illis met terminis : & dicatur ſic : eclypſis eſt priuatio luminis in luna, propter interpoſitionem terre inter ſolem & lunam : modo actu eſt facta definitio , quæ in potentia continet demonſtrationem . Vnde patet quomodo demonſtratio potentia continet definitionem ; & definitio potentia continet demonſtrationem . Ergo definitio ratione , quæ continet demonſtrationem ; eſt nobilior demonſtratione, & nota candide lector hanc rationem : & ſi tu dices ; ergo hæc ratio habet æqualem vim ſcilicet illa facta à latinis contra nos, & noſtra hæc contra latinos : ſed vt cognoſcas quantum valet plus hæc noſtra contra latinos : vide noſtram ſolutionem ; quam damus ad rationem latinorum .

Quarta Ratio. Amplius Decretum eſt Ariſt. 2. de anima 49. vnumquodque à fine denominari , iuſtum eſt : vt quanto finis ; ſeu actio, & operatio alicuius inſtrumenti eſt nobilior fine , actione , & operatione alterius inſtrumenti : tanto illud inſtrumentum eſt nobilius altero inſtrumento : quod clariſſime confirmat 2. de anima 38. ſed finis , actio , & operatio definitionis eſt nobilior fine , actione, & operatione demonſtrationis : ſi quidē finis definitionis eſt notificare ſubſtantiam : 2. poſt. 17. finis vero demonſtrationis eſt abſoluere accidens 11. met. 1. modo quanto ſubſtantia eſt melior , & accidente nobilior 2. de anima 2. tanto definitio eſt nobilior ; ac præſtantior ipſa demonſtratione. iam hæc ratio demonſtrat.

Quinta Ratio. Amplius : Nobiliſſimæ ſcientiæ nobiliſſimum inſtrumentum conuenire , primæ ſcientiæ primum inſtrumentum competere Diuinæ ſcientiæ : diuinum inſtrumentum applicari Altiſſimæ ſcientiæ : altiſſimum inſtrumentum attribui præſtantiſſimæ ſcientiæ : præſtantiſſimum inſtrumentum denique accommodari debet , ſed ſcientia de ſubſtantia eſt nobiliſſima , quoniam ſubſtantia eſt nobiliſſima , & eſt ens ſimpliciter 7. met. 2. & 4. ſcientia de accidente eſt ignobiliſſima, quoniam accidens eſt ignobiliſſimum, eſt enim ens. ſecundum quid 7. met. 4. ſcientia de ſubſtantia eſt prima , quoniam ſubſtantia eſt prior 7. met. 4. ſcientia de accidente eſt poſterior , quoniam accidens eſt quid poſterius ad ſubſtantiam ſcientia de ſubſtantia eſt diuina , quoniam ſubſtantia, quæ eſt forma , eſt diuina 2. phy. 81. ſcientia enim debet eſſe conformis ſcito 2. poſt. 94. & in 3. quæſito poſt. Sed ſcientia de ſubſtantia habetur per definitionem vt 2. poſt. à 9. vſque ad 20. Ar. aſſerit, & ſcientia de accidente per demonſtrationem indagatur, ergo ſignum eſt euidentiſſimum, quod omnis nobilitas excellentia , altitudo , primeitas , præſtantia eſt tribuenda definitioni , non autem demonſtrationi valeant ergo latini.

Sexta Ratio. Amplius Ar. 3. cali 66. clarius 3. met. 11. ac 7. politicorum 14. notatum reliquit : quod vbicunque hoc quidem melius , hoc vero deterius eſt ſemper prius eſt , quod melius eſt : intelligas tu prioritate perfectionis : ſed ſubſtantia eſt melior accidente 2. de anima 2. & 7. met. 4. ergo ſubſtantia eſt prior accidente : 7. met. 4. & 47. quæ ſubſtantia , & accidens ſunt duo ſcibilia 2. poſt. 1. vt ſi ē, quia eſt , & propter quid eſt , ſunt accidentia , & ipſum quid, eſt ſubſtantia: quæ ſubſtantia ſcitur per definitionem , & accidens per demonſtrationem ; ut totiens eſt probatū : ergo ſicut ſe habet ſubſtantia ſcibilis ad accidens ſcibile, ſic ſe habet definitio ad demonſtrationem : ſed ſubſtantia vt probatum eſt melior , prior , & perfectior accidente : ergo dicant omnes vna voce , quod definitio indubitanter eſt nobilior demonſtratione.

Septima Ratio. Amplius : quando ſunt duo fines , quorum alter eſt perfectior , & nobilior altero : tunc illud, cuius eſt perfectior, & nobilior finis ; erit perfectius atque nobilius 3. enim ethicorum 6. 2. phy 91. 7. met. 23. finis neceſſitat ea ; quæ ſunt ante finem , eaque nobilitat . Vnde quanto finis vnius inſtrumenti eſt perfectior , ac nobilior fine alterius inſtrumenti : tāto illud inſtrumentum erit perfectius ac nobilius : eſt enim regula topica, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter , ſic ſe habet magis ad magis , & maxime ad maxime , vt quanto eſt ſcitum , tanto eſt ſcientia ; quanto magis ſcitum , magis ſcientia , & maxime ſcitum, maxime ſcientia 1. poſt. 167. Au. ſed ſubſtantia eſt quid ſcitum per definitionem 2. poſt. 17. accidens vero per demonſtrationem 11. met. 1. Ar. & ſubſtantia eſt maxime ſcitum , quia eſt maxime ens 7. met. à 2. vſque ad 7. accidens vero minus ſcitum , quoniam eſt minus ens. & ſecundum quid : vt ibidē patet : ergo ſcientia de ſubſtantia eſt maxime ſcientia , & ſcientia de accidente eſt ſecundum quid ſcientia : ſcientia enim debet eſſe conformis ſcito in 4. quæſito poſt. Auer. & 2. poſt. 94. modo ſicut ſe habet ſcibile ad ſcibile , ſic ſe habet ſcientia ad ſcientiam, & inſtrumentum ad inſtrumentum , ſed definitio abſoluit ſubſtantiam , & demonſtratio abſoluit accidens : ergo communi voto concludant omnes poſterioriſta contra latinos : quod definitio eſt longe nobilius inſtrumentū quam demonſtratio.

Octaua Ratio. Amplius Ariſt. 13. met. cap. 1. 8. top. cap. 1. 1. de anima 1. nec non 6. met. 2. honorabiliſſimam circa honorabiliſſimum genus oportet eſſe ideſt ſcientia dicitur melior aut deterior ſecundum propriū ſcibile : quod confirmat Auer. 1. poſt. 178. In epit. log. cap. de qual. faciendi demonſtrationem : verum etiam in epit. met. tractatu primo, & in libro de re-

dè republica Platonis, tractatu primo: nec non 6. met. 2. inquit enim manifeſtum eſt per ſe: quod ſciētia nobilior eſt genere 1. ſubiecto nobiliore, & ſciētia diuina eſt ſcientia nobilior: ergo eſt nobilioris: omnes enim ſcientiæ, licet ſint nobiles, tamen ſciētia Dei eſt nobilior illa cuius ſubiectum eſt nobilius. ſtantibus his pro maiori, inferatur minor adeò eſt probata maior; quę negari non poteſt, quā etiā confirmat Ariſt. 10. met. 22. id, cuius eſt ſcientia nobilior, eſt nobilius: ſed ſubſtantia eſt ſcibilis melior; & accidens eſt ſcibile deterius; 2. de anima 2. ergo ſcientia de ſubſtantia melior eſt, & nobilior ſcientia de accidente: ſed ſubſtantia ſcitur per definitionem 2. poſt. per totum: accidens vero ſcitur per demonſtrationem 1. poſt. 52. & 11. met. cap. 1. ergo definitio eſt nobilior demonſtratione.

Nona Ratio. Amplius illud inſtrumentum eſt nobilius, ad qđ omnia habent attributionem: vt omnes græci, & latini pari voto conſentiunt: ſed ad definitionē omnia conſiderata in logica habent attributionem. teſte Au. 1. poſt. 11. vbi inquit: quod ſcientia cauſarum per demonſtrationem deſideratur propter ſcientiam definitionis: quod confirmat eodem 2. libro com. 38. vbi ait, quod quicquid dictum eſt in primo, dictum eſt propter ſecundum 1. quicquid dictum eſt de demonſtratione, dictum eſt propter definitionem: ergo definitio eſt nobilior demonſtratione. Sed aliquis poſſet negare in hoc Auer. probatur cum ratione ex Ariſt. 1. magnorum moralium cap. 3. perfectum eſt finis imperfecti: & ut ait Au. 4. de generatione animal. cap. vltimo, natura ignobilis ſequitur naturam nobilis, & digni; ſed accidens eſt imperfectum & ignobile, & ſubſtātia eſt perfecta & nobilis 2. de anima 2. 7. met. 4. ergo ſubſtantia eſt finis, & perfectio accidentis. et quoniam natura ordinauit accidentia ad ſubſtantiam, tāquā ignobile ad nobile. ergo in arte inſtrumentū; quo notificatur accidens, ordinatur ad inſtrumentū; quo abſoluitur ſubſtantia. ars n. 2 phy. 22. & 4. meteororū 17. imitatur naturā: ergo definitio, qua ſcitur ſubſtantia; eſt nobilior demonſtratione; qua ſcitur accidens, & nota quod hęc rō demonſtrat.

Decima Ratio. Præterea: Illud eſt nobilius inſtrumentum, & melius imo ſimpliciter bonum, cui nō accidit in ſua actione fatigatio 2. cæli 5. & ſi accidit non tanta, quanta accidit in actione alterius, ſed in actione definitionis non accidit tanta fatigatio, & difficultas, quanta accidit, & requiritur in actione demonſtrationis: quoniam quando ſit definitio; ſufficit ſolum præponere genus ante differentiam 2. poſt. 78. 7. met. 42. & 6. top. in quinto loco: in actione vero demonſtrationis requiritur, ut adſit medium, & maius extremum, & minus extremum; & medium ſubijciatur in maiori: & prædicetur in minori; ſi fuerit prima figura, & non ingrediatur concluſionem; & multa alia, & ideo dicit Au. in prologo 1. poſt. quod Ar. non fecit duos diſtinctos tractatus de definitione, ſicut fecit de demonſtratione: quoniam forma, ſeu compoſitio definitionis eſt facilis: quã propter eius facilitatem non meret diſtinctum tractatum ex his ergò patet, quod definitio ratione minoris fatigationis, & difficultatis, iuxta prællegatam Auer. ſententiam; ſit longe nobilius inſtrumentum, quam ipſa demonſtratio.

Vndecima Rō. Rurſus, Mos atque vetus eſt Ar. conſuetudo: id, quod eſt nobilius, vltimo loco pertractare: & hoc quidem forti ac inſolubili ratione motus, quoniam 7. met. 23. 3. ethic. 6. 2. phy. 89. nec non 3. de anima 49. id quod eſt primum in intenſione, eſt vltimum in executione: conſiderat enim vltimo de primo motore; tamquam de nobiliori in 8. phy. ſimiliter in 3. de anima; de intellectu; qui eſt nobilior pars animæ, teſte Ar. in 2. de gen. an. cap. 3. ac etiam in metaphiſica vltimo loco de Deo glorioſo, eoque magis, quoniam dicit ipſe 9. met. 15. in natura ſemper ultimo producuntur nobiliora, atque perfectiora; & quæ primo generantur, ſunt imperfectiora. Vnde oritur ratio talis, & demonſtratiua: ſicut res ſe habet apud naturam, ſic ſe habet in ſcientia & in arte 2. phy. 22. 4. meteororū 28. & 2. poſt. 94. 2. met. 4. ſed natura vltimo facit illud, quod eſt nobilius: ergo in arte vltimo loco id, quod eſt nobilius; debet cognoſci; atque conſiderari, & exemplo pulcherrimo patere poteſt: natura enim ex quatuor elementis efficit ſperma: quo alterato carunculam producit: deinde eã auget & tandem format, & primo informat anima vegetatiua; tamquam imperfectiori; ſecundo anima ſenſitiua tamquam perfectiori; vltimo anima intellectiua, tamquam omnium perfectiſſima: vt patet 2. de gen. an. cap 3. ac etiã teſtis eſt Au. 1. met. 17. vbi ait quod materia prima nullam habet formam, nec vniuerſalem, nec particularem ſed primo recipit formam vniuerſalem, tamquam ignobiliorem, vltimo particularem: tamquam nobiliorem concluditur ergo, quod cum definitio vltimo loco ſit conſiderata; quod ipſa ſit perfectior, & nobilior demonſtratione.

Duodecima Rē. Amplius, & demonſtratiue, & inſolubiliter cōtra aliter ſentientes vnicum quidem et finale decretum ſcriptum nobis reliquit Ar. 3. met. tex. 3. declarando definitionem eſſe nobilius inſtrumentum ipſa demonſtratione: ait enim ſic (iſtorum autem ipſorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid eſt, non vero illum, qui quantum aut quale, aut quid agere, ſiue quid pati natura aptū eſt) exponit Auer. in com. & dicit, ſignum eius: quod ſcientia ſubſtantiæ eſt perfectior omni ſcientia; eſt, quod cum nos quæſiuerimus ſcire aliquid per demonſtrationem, non reputamus ipſum eſſe ſcitum niſi quando nos intellexerimus in nobis: quod ſcimus illud ſecundum quid ideſt per ſuam ſubſtantiam, & definitionem, quid ergo clarius quam hoc: videlicet; quod quando aliquod ſcitur per demonſtrationem; licet ſcientia per demonſtrationem ſit perfecta, reſpectu tamen ſcientiæ, quæ habetur per definitionem, exiſtimatur quaſi; quod non eſt ſciētia, definitio ergo, quæ parit ſcientiam perfectiorem; eſt nobilior demonſtratione: & in hoc latini ſonant campanas.

Amplius

Ratio 13 *Amplius illud inſtrumentum nobilitate atque excellentia ſuperat aliud inſtrumentum, quod procedit per nobiliorem cauſam : atqui definitio procedit per cauſam formalem, imo definitio eſt forma 3. met. 3. Ariſt. quę forma eſt melior omnibus cauſis 3. met. 3. Auer. demonſtratio procedit per cauſam efficientem 2. poſt. 41. 42. & in 8. quęſito poſt. Auer. ergo definitio eſt nobilior demonſtratione, et ſi tu dices, quod etiam demonſtratio procedit per cauſam formalem, teſte Au. 1 poſt. 11. 2. poſt. 95 58. in 8. quęſito poſt. ergo definitio non eſt nobilior demonſtratione. Ad hoc dicimus qđ demonſtratio procedit per cauſam formalem, tñ differenti modo : nam demonſtratio vtitur forma; vt eſt prædicatum per ſe : definitio vero utitur forma, vt eſt prædicatum quiditatiuum; vt eſt cauſa quiditatis, & ut eſt prædicatum in quid. quæ ratio eſt nobilior & perfectior. Ideo licet per eandem cauſam ſciamus demõſtratione, & diffinitione, tamen ſcientia demonſtrationis 1. poſt. 11. ordinatur ad ſcientiam definitionis, tamquam ad perfectius, & nobilius. remanet ergo definitio in ſua nobilitate : demonſtratio reſpectu definitionis in ſua vilitate.*

Rõ. 14. *Amplius, quanto aliquod eſt ſimplicius, tãto nobilius 12 met ſi nobile in omni genere eſt ſimplex, ſed definitio eſt ſimplicior demonſtratione; qm̃ definitio ė ſola forma 3. met. 3. 7. met. 35. ſine materia : demonſtratio facit ſcire quale. i. accidens coniũctum cum ſubiecto : & materia cum affirmatione, & negatione 2. poſt. 17. definitio ſine affirmatione, & negatione 1. poſt. 14. 2. poſt. 17. & 45. ergo ratione ſimplicitatis definitio, & omni alio modo, nobilitate, excellentia, perfectione vincit, ſuperat, atque excedit demonſtrationem. dicant ergo latini, & conſentientes quicquid voluerint : inm ſunt deuii à veritate, & amplius non loquantur.*

SOLVITVR VNICA RATIO GRAECORVM.

VEritate circa nobilitatẽ determinata, rõnibus demõſtratiuis, atq; auctoritatibus gloſam nõ patiẽtibus, munita : definitionẽ eſſe excellentius inſtrumentum ipſa demõſtratione : operepraciũ eſt modo, rõnes in oppoſitum ſoluere, iuxta ſententiã Au. 1. phy. 71 : et 4. phy. 31. munus ac officiũ veri, et demõſtratiui ſermonis eſt non ſolũ veritatẽ dicere : ſed etiã dubia circa veritatem incidentia ſoluere vnica ergo græcorum rõ fuit talis.

Soluitur græcorũ Ratio. *Illud inſtrumẽtum ſciendi in aliqua facultate eſt nobilius; ad quod omnia; quæ in illa facultate conſiderantur; habent attributionem, & reducuntur, ſed ad demonſtrationem, et non ad definitionem omnia conſiderata in logica reducuntur, & habent attributionem : ergo demonſtratio eſt nobilius inſtrumentum, & non definitio. Soluitur hæc ratio concedendo; quod omnia; quæ conſiderantur in logica, reducuntur ad demonſtrationem : vnde ipſa eſt nobilior omnibus; quæ conſiderantur ante ipſam : ſed quoniam ipſa demonſtratio reducitur ad definitione ut 2. poſt. 38. teſtatur Au. eoque magis quoniam accidens reducitur ad ſubſtantiam : demonſtratio largitur accidens, & definitio largitur ſubſtantiam 7. met. 42. ergo nulli dubium eſt, quod definitio eſt nobilior demonſtratione. Sed ingenioſus dicet contra; illud, quod primò intenditur in aliqua facultate; eſt nobilius quod conſuetudine, & more Ariſt. probatur : ſolet enim Ariſt. primo loco conſiderare id, quod eſt nobilius, vt inductione patet. In prædicamentis enim primò intendit de ſubſtantia; quæ ceteris prędicamentis eſt nobilior in libro perihermenias primò de nomine; quod eſt nobilius verbo. in libro priorum primò de prima figura, quę eſt ceteris nobilior teſte Ar. 1. priorum cap. de prima figura, et 1. poſt. 103. ſimiliter in 2. de aĩa 63. vbi primo tractat de ſenſu viſus; qui nobilitate excedit oẽs alios ſenſus : ꝙ confirmat 3. de anima vltimo ſed demõſtratio eſt primo intenta in hoc libro : vt fatetur Au. 1. poſt. 7. & Ar. 1. poſt. 8. vbi definiuit demonſtrationẽ, tamq̃ quodam primo intentum ergo demonſtratio eſt nobilior definitione.* Replica.

Solutio. *Soluitur, ꝙ etſi demonſtratio primò intenditur, nõ intenditur primo reſpectu definitionis, ſed eſt primo intenta, reſpectu demonſtrationis propter quid, & quia : et ſic eſt nobilior demõſtratione propter quid, et quia; non aũt ipſa definitione. Sed dices contra : nã hæc ſolutio de facto eſt cõtra Au. 1. poſt. com. 1. vbi inquit, ꝙ prima intentione intendamus ꝑ hanc enuntiationẽ, ꝙ ſit explicatio ꝑaſſumptionis, cognitionis, agentis aſſertionẽ ipſimet aſſertioni, & non agentis conceptionẽ ecce clariſſime per hæc uerba, ꝙ demonſtratio eſt primo intenta reſpectu definitionis : & non reſpectu demõſtrationis propter quid, et quia. O pulchra Replica in doctrina Au. Soluitur tñ hoc modo : ꝙ qñ dicit Au. ꝙ prima intentione intendimus aſſertionem, & non conceptionem. i definitionem, non intelligit ipſe ꝙ per hoc, ꝙ primo intẽdimus demonſtrationẽ; ꝙ demonſtratio ſit nobilior definitione qm̃ uult ipſe ꝙ fieri ex prędxiſtente cognitione, non competat definitioni, ſed demonſtrationi primo & per ſe : non tamquam nobiliori ſed tamquã notiori ipſa definitione, et nobiliori demonſtratione : quia et propter quid. Sed dices contra; hæc enim ſolutio eſt contra Auer. 1. poſter. com. 99 vbi inquit, quod demonſtratio, quia eſt digniſſima omnium ſpecierum demonſtrationis : ergo demonſtratio ſimpliciter non eſt primo intenta reſpectu demonſtrationis quia : & per conſequens, neque eſt nobilior demonſtratione quia; imo potius ė contra.* Replica. Solutio. Replica.

Solutio. *¶ Soluitur hæc ingenioſa replica hoc pacto : veluti ſoluit Auer. 1. poſt. 99. pro cuius notitia eſt notandum, quod demonſtratio quia eſt triplex, quædam quæ concludit poſterius per prius. Alia quæ concludit poſterius per poſterius. Alia quæ concludit prius per poſterius. quo ſtante : faciens electionem Auer. quæ iſtarum trium ſpecierum demonſtrationis : quia eſt digniſſima ait : quod inter ſpecies demõſtrationis quia illa, eſt digniſſima, quæ concludit prius per poſterius. Vnde patet quod Auer. facit comparationem in dignitate, inter ſpecies demonſtrationis quia; non inter quia & demonſtrationem*

*ſimpliciter. reſtat ergo quod demonſtratio ſimpli-
citer, eſt primò intenta reſpectu demonſtrationis,
quia & propter quid tamquam nobilior ipſis.*
Replica. ¶ *Sed dices contra: nā demonſtratio quia eſt nobi-
lior demonſtratione ſimpliciter, ergo demonſtratio
ſimpliciter non eſt primo intenta reſpectu demōſtra
tionis quia, & probatur ſic qm̄ munus demonſtra
tionis ſimpliciter eſt abſoluere accidētia. 1. poſt. 52
& 11. met. 52 officium vero demonſtrationis quia
eſt abſoluere ſubſtantiam: 6 met. 1. 2. poſt. 20. 2.
de anima 12. quando difinitiones ſubſtātiales ſunt
naturaliter ignotæ: nulla alia via indagantur niſi
via motus à poſteriori, quod confirmans Ariſt. 1.
phy. 2. dixit innata eſt autem via nobis ex notio-
ribus nobis ad ea; quæ ſunt nota ſecundum naturā;
quæ nota ſecundum naturam ſunt; propriæ & ſub-
ſtantiales cauſæ: vnde ſi demōſtratio ſimpliciter vt
dictum abſoluit accidens: 2. poſt. 12. & demonſtra-
tio quia abſoluit ſubſtantiam; quanto ſubſtantia eſt
nobilior accidente; 2. de anima 2. tanto demonſtra
tio quia eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter: er-
go ratione nobilioris finis demonſtratio quia eſt per*
Solutio. *fectior demonſtratione ſimpliciter.* Soluitur; *ue
rum eſt ſciendum, quod oīs ſpecies demonſtrationis
ſiue fuerit ſimpliciter, ſiue propter quid ſiue quia,
abſoluit accident: hoc n. eſt proprium demonſtratio
nis. ſi vero abſoluit ſubſtantiam, non niſi ſecundum
aliquam ſpeciē accidētis. vt ait Au 1. poſt. com. 1:
quo ſic ſtante; cum dicitur ꝙ demonſtratio quia ab
ſoluit ſubſtantiā, & cauſas ſubſtantiales: intelligi-
tur ſic: ꝙ non facit ſcire illas in quantū ſubſtantia
ſunt; ſed facit ſcire exiſtentiam cauſarum, quæ exi
ſtentia eſt accidens 2. poſt. 33. 3. de anima 9. & ſic
ſequitur ꝙ cum demōſtratio quia abſoluat accidēs:
ratione finis non eſt nobilior demonſtratione ſimpli*
Replica. *citer, cum ambe eundem finem ſortiantur.* Sed di-
*ces contra ſi demōſtratio quia facit ſcire exiſtentiā
ergo facit ſcire eſſentiam: qm̄ idem eſt exiſtentia, et
eſſentia 3. de anima 9. ergo ſtat replica in ſuo vi-
gore: quod demonſtratio quia ratione finis ſit no-*
Solutio. *bilior demonſtratione ſimpliciter.* Soluitur *quod
eſſentia idem eſt cum eſſentia, in diuinis, in abſtra-
ctis, non in materialibus; in quibus licet eſſentia,
& exiſtentia ſint idem, tñ non ſunt idem ratione;*
Replica. *ſed ſunt idem ſubiecto.* Sed dices contra; *nā de-
monſtratio quia abſoluit exiſtentiā rerum abſtracta
rū: ergo abſoluit eſſentiā: in quibus eadem re et rō-
ne 3 de aīa 9. & 10. imo 2. phy. 22. ait Au. ꝙ pri-
mus motor, impoſſibile eſt, vt declaretur, niſi per ſi
gnum naturale. Vnde arguatur demonſtratiuè: finis
demonſtrationis quia eſt abſoluere ſubſtātias æter
nas: finis demonſtrationis ſimpliciter eſt abſoluere
accidentia; modo ſi ſubſtantia hæc inferior eſt no-
bilior accidente: quanto magis ſubſtantia ſuperio-
res diuinæ mētes? Sed demōſtratio quia abſoluit ſub
ſtantias æternas nobiliſſimas, atque precioſiſſimas:
demonſtratio ſimpliciter abſoluit accidentia, ergo
demonſtratio quia longe eſt nobilior demonſtratio-*
Solutio. *ne ſimpliciter.* Soluitur *verū eſt notandum ꝙ de
monſtratio quia conſideratur bifariā: vno modo, in
quantū abſoluit exiſtentiam cauſarum rerum natu
ralium: Alio modo, qn̄ abſoluit exiſtentiam rerum
æternarum: tunc dico, ꝙ demonſtratio quia qn̄ ab-
ſoluit exiſtentiam cauſarum rerum naturalium, tūc
non eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter; ſed qn̄
abſoluit exiſtentiam rerum æternarū; tunc eſt no
bilior demonſtratione ſimpliciter. Vnde nota, quod
demonſtratio, quia vt demonſtratio quia eſt, non
eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter, & ratione
proceſſus; quoniam ſemper proceſſus per cau-
ſam eſt nobilior proceſſu, non per cauſam: dum-
modo illud, quod non eſt cauſa, fuerit effectus ſed
demonſtratio quia aliquando ratione finis, & rei
ſcitæ, quæ eſt nobilior re ſcita per demonſtrationē
ſimpliciter, iuxta decretum Ariſt. 8. top. cap. 2.
vbi aſſerit, quod ſcientia eſt ſcientia melior; aut
quia certior eſt, aut quia de melioribus. clarius tñ
11. met. cap. 1. vbi ponit differentiam inter pri-
mam philoſophiam, & alias ſcientias. ſed ſcien-
tia per demonſtrationem quia eſt de melioribus, et
ſcientia per demonſtrationem ſimpliciter eſt de de
terioribus: ergo demōſtratio quia melior, & demon
ſtratio ſimpliciter eſt deterior. Nota oīa hæc candi
da lector: qm̄ defendere potes concluſiones; ꝙ de-* cōcluſio
monſtratio quia eſt nobilior demonſtratione ſimpli nes deſē
citer, quod videtur nouum paradoxum & hoc pau denda.
ci quos æquus amat Iuppiter animaduertunt.

SOLVVNTVR RATIONES LATINORVM.

PRIMA *ratio fuit iſta: ſcientia per cau-* Soluitur
ſam eſt perfectior ſcientia, ſine cauſa. 1. Ratio
Sed demonſtratio facit ſcire per cauſam, latinorū
*definitio autem ſine cauſa: ergo demonſtratio eſt
perfectius inſtrumentum ſciendi, quam definitio,
pro ſolutione huius rationis neganda venit minor,
quam, latini numquam fuerunt tanti valoris ip-
ſam commode probare: quoniam definitio non to-
lum facit ſcire per cauſam, ſed ipſa eſt cauſa; per
quam abſoluitur quiditas rei definitæ; 7. met. 42.
& 1. top. cap. de termino, vbi Ariſt definiens ter
minum, ideſt definitionem ait (terminus, ideſt,
definitio eſt oratio, quod quid erat eſſe ſignificans)
ideſt, ſubſtantiam rei: quæ ſubſtantia, ſeu reiquidi-
tas explicatur per definitionē, quę ē formæ 3. met.
3. cuius formę proprium eſt abſoluere quod quid.
vt ait Ariſt. 2. phy. 28. vbi inquit. (Alio autem
modo forma, & exemplum, hæc autem eſt ratio
ipſius, quod quid erat eſſe.) Vnde clare videtur,
quod definitio, quę eſt forma 7 met. 35. abſoluit ſub
ſtantiam definiti: quæ ſubſtantia, & quod quid ſci-
tur per formam, tamquam per cauſam, & non
ſine cauſa, vt falsò imaginari videntur latini, &
quod hoc ſit verum, textus eſt Ar. 6. top. 1. loco
definitionis; vbi inquit (cognoſcimus aūt non ex
quibuslibet, ſed ex prioribus: et notioribus quemad
modum in demonſtrationibus ſic enim omnis doctri
na, et diſciplina, ſe habet manifeſtum igitur quoniā
qui non per huiuſmodi definiuit non definiuit) &
quid clarius; quod definitio procedat per cauſam,
ſic de-*

Alia ſolutio.

ſic demonſtratio ē. ¶ Vel aliter reſpondeti poteſt negando maiorem prædictæ rationis: quoniam non eſt omnino uera nõ enim illud quod ſcitur per cauſam eſt ſemper perfectius, eo quod ſcitur ſine cauſa quoniã principia demonſtrationis ſimpliciter non ſciuntur per cauſam, & per alia principia 2. poſt. 14. ſed ſciuntur ſcientia per ſe dicta ab Auer. 1. poſt. 10. quę ſcientia per ſe dicta eſt valde nobilior ſcientia; quę habetur per cauſam. ſi vera eſt regula Ariſt. 2. met 4. & 1. poſt. 15. ſemper propter quod, vnũquodque tale, & illud magis uerbi gratia concluſio eſt talis ideſt, ē ſcita per principia tãquam per cauſam ergo principia debent eſſe magis talia. i. debẽt eſſe magis ſcita tñ non debent eſſe magis ſcita per cauſam; qm̃ abibit proceſſus in infinitũ: qui non conceditur apud philoſophos 1. phy. 35. 3. phy. cap. de infinito & 1. da gen. an. cap. 1. ſed debent eſſe magis ſcita. i. maiori & perfectiori ſcientia, quã illa, quę eſt per cauſam, qua ſciẽtia eſt per ſe. Vnde dicas gloſſando illam maiorem: quod ſcientia per cauſam eſt perfectior ſcientia, ſine cauſa, non illa ſcientia ſine cauſa quę eſt per ſe, ſed eſt perfectior illa ſcientia ſine cauſa, q̃ habetur per effectum, q̃ habetur per demonſtrationẽ quia 1. poſt. 95. ex quibus duæ cõcluſiones poſſunt defendi: prima eſt iſta; ſciẽtia per cauſam eſt nobilior ſcientia ſine cauſa, ſecũda ſcientia ſine cauſa eſt nobilior illa ſcientia; quæ habetur per cauſam.

defendũtur duæ cõcluſiones.

Replica.

¶ Sed dices contra ſcientia. n. de Deo glorioſo non habetur per cauſam, ſed per effectum, & tñ ſcientia de Deo ē nobilior, ac perfectior: ergo ſcientia, quæ habetur per effectum, eſt nobilior ſcientia, quæ habetur per cãm. et ex conſequenti demõſtratio quia quę procedit per effectũ, eſt nobilior demõſtratione ſimpliciter & ꝓꝑ quid: quæ procedunt per cauſam, et probatur ex Ar. 1 de par. an. c. ultimo, vbi inquit ſic; Res nãque illas ſuperiores, tã et ſi leuiter attingere poſſumus, tñ ob eius cognoſcendi generis excellentiã amplius oblectamur q̃ cum hęc nobis omnia tenemus: quemadmodũ quãlibet partem minimãq; corporis noſtrarũ, puellę, deliciarũ vidiſſe gratius, ac iucundius eſt, quã cæterorum boñum membra tota perſpexiſſe, & contractaſſe, quod etiã confirmat Au. 6 met 2. vbi inquit: oẽs eñi ſciẽtię, licet ſint nobiles, tñ ſcientia Dei eſt nobilior; ex his erga ſequitur luce clarius, quod ſcientia q̃ habetur ſine cauſa. i. per effectum ſit nobilior, q̃ ſcientia quæ habetur per cauſam.

Solutio.

¶ Soluitur quod ſi ſcientia Dei benedicti habetur per effectũ, non per hoc ſequitur; quod ſcientia per effectũ eſt nobilior, quã ſcientia per cauſam qm̃ proceſſus per cãm, in quantum eſt proceſſus per cãm, ſemper eſt nobilior proceſſu, qui eſt per effectũ. ſed ſi hæc ſcientia quæ habetur per effectũ, eſt nobilior illa ſciẽtia, quæ habetur per cauſam: hoc non eſt rõne proceſſus, ſed ratione rei ſcitæ, & ſcibilis nobilioris i. rationa Dei, qui eſt ſummus, nobiliſſimus, perfectiſſimus, & altiſſimus Ex quibus ſequitur ꝙ ſcientia, quæ ē per cauſam, ſemper eſt nobilior ſcientia illa quę eſt per effectũ, & ſi ſcientia per effectũ eſt nobilior, non inquantũ eſt & habetur per effectum, ſed vt dictum, inquantũ eſt ratione optimi finis, & nobilioris rei ſcitæ dicebat enim Au 2. cæli 60. modicum enim nobile nobilius eſt multo ignobili.

Soluitur ſecunda Ratio.

Soluitur ſecunda rõ negando maiorem, numquã enim reperitur Ar. dixiſſe, illud, quod facit acquirere naturaliter ignotũ, eſſe perfectius; auctoritas quidẽ allegata ĩ probatione maioris eſt falſa, et minor quidem de iſtis viris, qũo non animaduertunt textum Ar. ſed ſtatim tñ tex dicit eñi ibi Ar. (ſyllogiſmus eſt valentior) & non dicit ſyllogiſmus eſt perfectior mõ licet ſyllogiſmus, vel demonſtratio ſit valentior, nõ per hoc ſequitur, qđ ſit perfectior ac nobilior. qm̃ ruſticus eſt valentior, & fortior Rege. & tñ ruſticus, nec perfectior eſt, nec nobilior rege fortitudo. n. non cauſat nobilitatẽ ſeruus quidẽ ſubſtinet maius pondus, immo duplũ maius, quã dñs: & tñ non eſt nobilior dño a pari & ſi demonſtratio ſit fortior definitione, ac valentior, quia facit acquirere naturaliter ignotũ: non per hoc erit nobilior ipſa definitione aſſimilatur n demonſtratio pediſſequa definitio n. aſſimilatur dominæ pediſſequa. n. in rebus domeſticis agendis, eſt fortior, ac valentior patrona, et nõ nobilior ſic demonſtratio, in inferẽda nãliter ignotũ, reſpectu definitionis Vnde ſequitur. ꝙ ſicut ſe habet pediſſequa reſpectu patronæ ĩ nobilitate ſic ſe habet demõſtratio reſpectu definitionis ſed patrona eſt nobilior pediſſequa definitio ergo nobilior ac demonſtratione perfectior. demonſtratio autem imperfectior atque ignobilior, licet valentior ac fortior.

Soluitur tertia ra tio latinorum.

Soluitur tertia rõ, ſupponendo vnum, quod definitio pro nunc eſt duplex: Alia q̃ eſt principium demonſtrationis: Alia vero quæ eſt inſtrumentũ diſtinctum & ſi non re. materia, & ſubiecto. tñ ratione, et fine à demõſtratione. tunc dico ꝙ demõſtratio eſt continens & perconſequẽs eſt nobilior definitione illa, q̃ eſt principium, & pars demonſtrationis, non aũt illa definitione, quæ eſt inſtrumentũ diſtinctum à demonſtratione.

Alia ſolutio.

Vel aliter dicendũ & iudicio meo ſubtilius qm̃ hæc rõ eſt multum difficilis: qm̃ demonſtratio continet illã definitionem, quæ eſt diſtincta ab ipſa dicit. n. Ar 1. poſt. 64. et 2. poſt. 45. 46 & clarius Au. 1. poſt. 11. ꝙ demonſtratio continet definitionem; qm̃ ſicut definitio eſt tota demonſtratio, ſic demonſtratio eſt tota definitio caſu differens 2. poſt. 46. Vnde videtur. ꝙ hæc ſolutio non ſoluit argumentũ parcant nobis aliter ſentientes, & ſic rñdentes. In hac quidem rõne facta à latinis, neganda uenit maior, qm̃ non eſt ſemper uera: & qui falſitatem propoſitionũ non oſtendit, male ſoluit teſte Ar. 1 ethic. cerebrum. n. continetur à craneo; & tñ cerebrum eſt nobilius, ac perfectius craneo, & aurum continet lapidẽ precioſum, ut zafirum, et lapidẽ ſmaragdũ, & adamantem, & tñ aurũ non eſt perfectius, nec his oĩbus nobilius in ipſo contentis. domus continet hominem, compoſitũ continet formã, & mãm, et tñ cõpoſitum non eſt perfectius: teſte Au. 7. met. 7. & 2. phy. 4. et licet ſimplicius aliter ſentiat 1. phy. ſuper tex. 70. & 2. phy. ſuper tex. 4.

Concordia inter Auer. et ſimplicium.

tex. 4. vbi aſſerit, ſubſtantiam prius dici de compoſito, & de inde de forma: tamen poſſumus dicere nos concordando vtramque opinionem: quod compoſitũ eſt magis, et perfectior ſubſtantia, quam ipſa forma; quo ad ſubſiſtẽtiam: forma vero eſt magis, et perfectior ſubſtantia, quo ad eſſentiam. regredientes ergo, vnde diſceſſimus, dicimus: quod nõ omne continens eſt perfectius contento. ſed poſſumus dicere, quod hæc regula valet ĩ ſphericis corporibus, & in incorruptibilibus; in quibus continere dicit perfectionem, & ideo quanto corpus magis eſt à terra remotum, tanto erit perfectius quoniam tanto erit magis continens, & ſic in animali magno medium natura, ſiue virtutis meruit locum altiorẽ in rectis vero corporibus & corruptibilibus, non eſt de perfectione, continere: quoniam poſſunt eſſe perfecta & contineri: ut cerebrum eſt cranco perfectius; licet à craneo contineatur: quoniam craneum eſt factum pro ſcuto eius, atque defenſiuo illius: quo non egeret, ſi eſſet incorruptibile, & nõ ne corpus continet cor; quo corde nil perfectius atque noblius? teſte Ariſt. 3 de par. an. cap. 4. vbi ait ſic (ſitus eius ideſt cordis ſedẽ obtinet principalem in medio enim corporis poſitũ eſt. natura enim rem nobiliorem conſtituere in locis nobilioribus ſolet) ſequitur ergo ex his, quod non omne continẽs eſt nobilius contento ſed quoniam ducere inconueniens non eſt ſoluere, ideo ponatur ſolutio in forma diſtinctionis, hoc pacto, ſoluendo rationem; quod

Continẽs eſt dupl.

continens eſt duplex: Alterum quod continet principaliter; Aliud quod continẽs inſtrumentaliter: tũc dico, quod illud cõtinens eſt nobilius contẽto, quod eſt continens principaliter. modo ſi demonſtratio cõtinet definitionem, nõ continet ipſam principaliter, ſed continet inſtrumentaliter: quoniam demonſtratio eſt modus & inſtrumentum ſciendi 1. poſt 8. & ſic licet demonſtratio contineat, & definitio contineatur: tamen definitio contenta eſt nobilior demonſtratione continente: loquendo tamen de definitione; quæ eſt diſtincta à demonſtratrione, & nota tu poſterioriſta hanc ſolutionem: quoniã nullus ex antiquis patribus animaduertit ad hoc propoſitũ laude tamen noſtrum intellectum pro ueritate indagãda illuſtranti.

Replica.

Sed dices tu: quod non per hoc ſequitur, quod cum demonſtratio inſtrumentaliter contineat definitionem; quod non ſit nobilior definitione, & per conſequens definitio ſit nobilior demõſtratione: quoniam ſi per te illud, quod inſtrumentaliter continet aliquod contentum, non eſt nobilius contento. tunc definitio cum inſtrumentaliter contineat demonſtrationem 2. poſt. 45. non erit nobilior definitione & ſic pari paſſu, & eadẽ ratione definitio non eſt nobilior demonſtratione, nec demonſtratio erit nobilior definitione. replica quidẽ admiratione digna.

Solutio.

Soluitur, reſolute dicendo: quod quando ſunt duo continentia; quorum alterum inſtrumentaliter continet alterum: veluti demonſtratio inſtrumentaliter continet definitionem; & definitio inſtrumẽtaliter continet demonſtrationem: & vnum ordinatur ad reliquum: illud erit nobilius, ad quod ordinatur reliquum modo demonſtratio licet inſtrumentaliter contineat definitionem, & è contra. & quoniam demonſtratio ordinatur; & reducitur ad definitionem: 2. poſt. 38. ideo remanet clariſſime: quod definitio eſt nobilius & perfectius inſtrumentum ipſa demonſtratione remanet igitur omni ex latere definitionem eſſe nobiliorem demonſtratione.

Soluuntur quarta, et quinta.

Soluuntur quarta, & quinta; nec aliter, nec alio modo ſicut tertia; in qua duæ ſunt aſſignatæ ſolutiones. quarum ſi prima non placet; vtare ſecũda, & ſi ſecunda diſplicet: accipias primam, vtraque enim eſt peripatetica, & nodum ſoluit, ſi ſubtiliora habes, ſubtilius dicas: caue tamen ne in ſubtilizando in foueam cadas.

Soluitur ſexta ratio hoc pacto: dicendo: quod iſte ordo non ſemper ſeruatur ab Ariſt. primo loco tractare ea, quæ ſunt nobiliora: vt patet in libris phys. vbi vltimo loco conſiderat de primo motore; qui eſt nobilior omnibus in libris phyſicorum conſideratis. amplius potentiarum animæ, quæ ſunt tres 2. de anima 27. & 2. de gen. an. cap. 3. vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua; vltimo loco eã, quæ eſt cæteris nobilior de intellectiua nempè verba facit. amplius de Deo glorioſo omnium intelligentiarum perfectiſſimo; in vltimo libro metaphyſicorum ſermonem facit. Vnde cum regula, & talis ordo, non ſemper ſeruetur ab Ariſt. ſequitur, quod ratio non tenet, ſed potius eſt ordo ad placitum: modo enim incipit à nobiliori; modo vltimo loco tractat de nobiliori; vt iam patet. Vnde oritur regula talis id præcedit, à quo quis facillime addiſcere poteſt 5. met. primo: ſed modo à nobiliori, primo loco, aliquis facilius addiſcit, modo à nobiliori, vltimo loco repoſito: ergo id, quod eſt nobilius, modo præcedit, & modo ſubſequitur: ſeruata tamen hac conditione: ne ſit aliud, quod impediat. ex quo dicimus, quod licet demonſtratio ſit primo loco tractata, quam definitio; non per hoc ſequitur quod demonſtratio ſit nobilior definitione: quoniam ideo fuit tractata prius demonſtratio, quã, definitio: quoniam demonſtratio cum faciat ſcire accidens, & definitio ſubſtantiam: cum accidens ſit notius ſubſtantia; ſequitur, quod demonſtratio ſit notior definitione, & quoniam ordo doctrinę à notioribus: ideo Ariſt. prius de demonſtratione, tanquam de notiori ipſa definitione, non autem vt de nobiliori.

SOLVVNTVR RATIONES PROPRIAE.

Soluitur prima rõ Viuoli.

SOLVITVR *prima Ratio propria ex Auer. 1. poſt. 7 & dicit: quod demonſtratio ſimpliter eſt certiſſima demõſtrationum ſecundum veritatem, & perfectiſſima ipſarum ſecundum ſcientiam. Nota quod Auer. intelligit, quod demonſtratio ſimpliciter eſt certiſſima, & perfectiſſima reſpectu demonſtrationis, propter quid, & quia, non reſpectu definitionis, &*

ſic omnis

ſit omnis maior certitudo, perfectio, ac nobilitas; quę reperitur in demonſtratione ſimpliciter; nō ſuperat certitudinem, nobilitatem, & perfectionem; quæ eſt in definitione; ſed illam, quæ eſt in demonſtratione, propter quid, & quia. Imo reſpectu iſtarum ſpecierum demonſtrationis Auer. tantam nobilitatem tribuit demonſtrationi ſimpliciter, quam vocauit principalem demonſtrationem, de qua demonſtratione demonſtrationis nomen primo prędicatur; imo adeo eſt nobilis, quod ipſa non indiget alijs, & aliæ indigent ipſa: quæ aliæ demonſtrationes reſpectu ipſius vocantur demonſtrationes ſecūda, & æquiuoca, & dicuntur demōſtrationes per aliud, quorum omnium meminit Auer. 1. poſter. 30. Vnde admentem Auer. fiat talis ratio, ſumpta tamen ab Ariſt. 2. met. 4. & 1. poſt. 15. ſemper propter quod, vnumquodque tale, & illud magis, & vt vtar verbis Auer. quicquid eſt cauſa eſſendi aliquam rem ſub aliqua diſpoſitione, id verius eſt ſecundum illam diſpoſitionem: ſed primæ demōſtrationes ſunt cauſa eſſendi hanc conditionem ſecūdis demonſtrationibus: ſcilicet vt dicantur demonſtrationes: ergo demonſtrationes ſimpliciter, quæ primæ dicuntur, verius demonſtrationes nominantur. imo Auer. volens extollere demonſtrationem ſimpliciter vſque ad ſydera: in 3. quęſito poſt. ſic ait: nam humana beatitudo non adipiſcitur, niſi talibus demonſtrationibus. addit deinde, & dicit, q̄d canones, & regulæ traditæ in libro poſt. ſunt, ex quibus naſcitur prouentus vera ſcientia: qua ſubſtantificamur; & peruenimus ad noſtram vltimam perfectionem, & hæc eſt illa ſcientia, cui non permiſcetur id, quod eſt per accidens: cum ipſum accidens multum impediat veritatem in ſcientijs: vt ipſemet Auer. confitetur 1. poſt. 178. Ex quibus ergo omnibus clare videtur, quot & quanta ſunt laudes, honores perfectiones, atque excellentia, demonſtrationum ſimpliciter, quę competunt eis, non niſi reſpectu demonſtrationis propter quid, & quia: non reſpectu definitionis, nam quanto demōſtratio ſimpliciter eſt nobilior demonſtratione propter quid & quia: tanto imo plus propter eas cauſas definitio eſt nobilior demonſtratione ſimpliciter ſicut enim ſe habet demonſtratio ſimpliciter in nobilitate, reſpectu demonſtrationis propter quid, et quia: ſic ſe habet definitio reſpectu demonſtrationis ſimpliciter.

Laudes demonſtratiōis ſimpliciter per Auer.

Replica.

¶ Sed aſſuetus in dictis Auer. cōtrà hanc ſolutionem, ſtatim forti ac difficili ratione arguet; dicens nullo pacto definitionem eſſe nobiliorem demonſtratione ſimpliciter, imo potius è contra primo ſupponendo vnum; quod nihil eſt nobilius, excellentius, atque perfectius Deo glorioſo: nec imaginari poteſt: ſuaque ſimilitudine nil præſtantius; vt quanto aliquis conatur aſſimilari Deo; tanto eſt propinquior Deo 10. etich. cap. 10. & quanto aliquis propinquior nobili, & optimo tāto eſt nobilis, & optimus, teſte Ariſt. 2. cęli 66. Quo ſtante: Arguatur ſic; illa ſcientia eſt nobiliſſima & excellentiſſima, atque perfectiſſima: qua homo fit ſimilis excelſo, & benedicto Deo: vt clare teſtatur Auer. in quæſito 3. poſt. vbi aſſerit ſic & ſi canones traditi in hoc libro ſint; ex quibus intendatur prouentus uera ſcientia: qua ſubſtantificemur, & perueniamus ad noſtram vltimam perfectionem, & hæc ſcientia non eſt ſcientia; cui permiſcetur aliqua ſpecierum accidentis, & eſt ſcientia qua homo fit ſimilis excelſo, & benedicto Deo ſecundum quantitatem: quæ eius naturæ eſt. ex quo ſequitur, quod demonſtratio ſimpliciter ratione ſuę ſcientiæ eſt reponenda in principaliſſimo gradu nobilitatis perfectionis atque excellentiæ: non autem definitio.

Solutio.

¶ Licet pulchra quidem ſubtilis, & docta ſit replica. ſeruatis tamē ſeruandis de facili ſoluitur. quoniam & ſi per demonſtrationem ſimpliciter, nos habeamus ſcientiam; qua homo fit ſimilis excelſo, & benedicto Deo: tamen non meliori, & nobiliori modo eo, qui eſt per definitionem: quoniam per definitionem multo melius, honorabilius & excellentius homo acquirit vltimam perfectionem; & aſſimilatur Deo; quam per demonſtrationem: quoniam definitio ē ſola forma 3. met. 3. & 7. met. 35. quæ eſt ſola ſubſtantia 2. de anima 2. & 25. 12. met. 14. 7. met. 2. & 7. cui non permiſcetur accidens: ſed cum demonſtratione permiſcetur accidens 11. met. 1. 1. poſt. 52. & ſic ſi per demōſtrationem acquirimus ſcientiam, qua homo fit ſimilis Deo. & acquirit vltimam perfectionem, multo magis per definitionem. vnde uerba Auer. ſunt intelligenda; quod demonſtratio ſimpliciter habet tot & tantas laudes, atque nobilitates, attributa, ac excellentias, contra demonſtrationes, propter quid, & quia, non autem contra definitionem hæc ergo eſt uera ac indubitata mens Auer.

Soluitur ſecunda Ratio Vinoli.

Soluitur ſecunda ratio, admittendo, ac concedendo maiorem ſed quando dicitur in minori, quod ſcientia demonſtrationis eſt naturaliter magis dilecta, & magis honoranda; intelligitur reſpectu ſcientia topica; quæ habetur per ſyllogiſmum topicum nam poſtquam Au. digreſſionem fecit contra Auicennam de ordine libri poſt. & top. an poſt librum priorum debet ſequi liber poſteriorum, vel liber topicorum, vt opinabatur Auicenna; concludens neruatem contra Auicennam; quod liber poſt. debet præcedere librum topicorum, aſſerit, ſic dicens. quonis autem modo res ſe habeat, expedit incipere ab ea quę eſt naturaliter magis dilecta, quæ quidē eſt naturaliter magis honoranda, quę eſt cognitio demonſtrationis ex quibus manifeſte patet; quod ſi demonſtratio eſt magis dilecta & magis honoranda, non eſt magis dilecta, & magis honoranda, quam definitio: ſed magis, quam ſcientia topica, & ſyllogiſmus topicus, & ſic tota mens Auer. dirigitur contra ſyllogiſmum topicum in gratia demōſtrationis ſimpliciter, & non contra definitionem.

Soluitur tertia ratio Vinoli.

Soluitur tertia ratio propria; hoc pacto: quod ſcire per demōſtrationem ſimpliciter eſt in vltimo, & certum, & in ſummo: vt dicit Au. 1. poſt. 7. et in paraphraſi: tamen hoc eſt reſpectu demonſtrationis quia, & propter quid: vt patet legenti com. Au. & ſuam intentionem bene perpendenti; non autem

reſpectu

reſpectu definitionis. ſcire cuius excellentiſſimum, atque adeò nobiliſſimum eſt; cui nullum aliud ſcire poteſt comparari, & hinc ſequitur, quod non demonſtratio ſed defiutio ſit nobilius inſtrumentum

Soluitur 4 Ratio Viuoli. Soluitur quarta ratio propria cum Ar. 1. poſt. tex. 99. quod demonſtratio quia eſt triplex. Alia quæ concludit poſterius per prius; Alia quæ concludit poſterius per poſterius; Alia verò quæ concludit prius per poſterius. qua diſtinctione ſtante: dicimus; quod An. quando dicit, quod demonſtratio quia eſt digniſſima; non intelligit reſpectu definitionis: ſed dicit ipſe, quod demonſtratio quia eſt digniſſima oĩum aliarum ſpecierũ demonſtrationis quia: ideſt demonſtratio quia, quę concludit prius, ideſt cauſam propriã per effectum proprium eſt digniſſima omnium aliarum; ideſt illius quę cõcludit poſterius per poſterius; & illius quæ concludit poſterius per prius & ſic clare patet definitionẽ eſſe nobiliorem demonſtratione, & dicãt alij male aſſueti quitquid velint imo. ſicut viuentia non viuentibus, intelligentia non intelligentibus, beata miſeris præferenda iudicamus: ſic in nobilitate excellentia, & perfectione, ſemper definitio preferenda eſt demonſtrationi ſimpliciter.

SOLVVNTVR RATIONES ASSEſentium; definitionem non eſſe inſtrumentũ ſciendi à demonſtratione diſtinctum; & per conſequens demonſtrationem eſſe inſtrumentum nobiliſſimum omnium in logico negotio conſideratorum.

Soluitur 1. Ratio. SOLVITVR eorum prima Ratio, hoc pacto uerum, pro ſolutionis intelligentia, eſt ſciendum quod libri inſcriptio non ſemper ſumitur à nobiliori, ſed aliquando à fine, aliquando à re conſiderata, a principali ſpecie, aliquando ab accidente: veluti Ar. vocat libros phyſicorum de motu 1. cęli 38. 9. met. 14. 1. de gen. & cor. 14. 8. phy 67. aliquando vero à modo conſiderandi, aliquando à notiori, aliquando à principijs; qua diuerſitate denominationis, atque inſcriptionis reperta in Ar. dicimus: quod Ar. inſcripſit de demonſtratione vt 2. poſt. 101. patet, & non de definitione, tamquam à notiori: quoniã demonſtratio eſt longe notior definitione ſaltim ratione finis. et ſic quando dicit Ar. 2. de anima 49. iuſtum eſt appellare unumquodque à fine: ly iuſtum non dicit neceſſarium: adeò quod iuſtum ideſt neceſſarium eſſet vnumquodque appellare à fine & nobiliori. ¶ Sed dices, ſi iuſtum eſt facere denominationem, & inſcriptionem à fine, & nobiliori: ergo ſi non ſit inſcriptio à fine, & nobiliori eſt iniuſtum; ſi iniuſtum; ergo malum. ergo malum eſt facere inſcriptionem ab alio quam à fine, & nobi-

Replica liori. Soluitur quod quando dicit Ariſt. iuſtum eſt, appellare vnumquodque à fine; non dicit, quod ſolum iuſtum eſt, appellare vnumquodque à fine, & à nobiliori; ſed etiam iuſtum eſt, & bonum, facere inſcriptionem à notiori, & ab alijs ſupra nominatis; aliter ſibi contradiceret, cum in multis libris ſua ſcientia modo inſcribit ab vno, & ab alio: vt ſupra diximus, & ſic licet inſcripſit librum poſter. de demonſtratione; non per hoc demonſtratio eſt nobilior definitione: quoniam inſcripſit de demonſtratione, tamquã de notiori ipſa definitione. imo nota quod inſcribendo librum poſt. de demonſtratione Ar. oſtendit ordinem notioritatis, & nobilitatis: notioritatis reſpectu definitionis, & nobilitatis reſpectu demonſtrationis propter quid, et quia.

Soluitur 2. Ratio Soluitur ſecunda Ratio: quod definitio, quę eſt tota demonſtratio, eſt inſtrumentum diuiſum à demonſtratione: licet non ſit diſtincta re, ſubiecto, & materia. tamen eſt diſtincta fine, & forma et operatione alia. n. eſt forma definitionis, & finis, quam forma finis, & operatio demonſtrationis teſte An. 2. poſt. 17. vnde licet ordo, et forma artificialis nõ faciat differentiam eſſentialem: tamẽ operatio, quæ prouenit à definitione, eſt eſſentialiter diuerſa ab operatione, quæ prouenit à demonſtratione: illa eñ notificat ſubſtantiam, iſta aũt abſolutè accidens 11. met. 1. & 1 poſt. 52. modo non ne ſubſtantia eſſentialiter differt ab accidẽte? & licet hæc duo inſtrumenta habeant formam artificialem, & ordinem, qui non facit differre eſſentialiter, ſed accidentaliter non per hoc ſequitur; quod non ſunt duo inſtrumenta diſtincta, dic mihi quęſo bone vir. non ne dolabra, & ſerra conueniunt in materia, quæ è ſerrũ, & differunt in forma fine, nomine & operatione? à pari quis negabit quod definitio ſit tota demõſtratio, re, ſubiecto & materia; differunt tamen forma

Dentio. fine, & operatione et ſic ſunt diſtincta inſtrumenta ſciendi. Sed dices ſi per te definitio eſt inſtrumentum diuiſum à demonſtratione, vnde eſt, quod Ari. ſemper nominat definitionem cum demonſtratione? vt 1. poſt 64 & 2. poſt. 45. & 46. dicens, quod definitio eſt principium, vel concluſio demonſtrationis, vel tota demonſtratio. Ex quo clare uidetur, ꝙ definitio non eſt diſtincta à demonſtratione, nec no-

Solutio. bilior ipſa. Soluitur verum pro ſolutionis intelligentia Nota artificium Ar. quo utitur, quando nominat definitionem cum demonſtratione, in demonſtratione, & per demonſtrationem, ſemper inuoluẽdo, & miſcendo definitionem cum demonſtratione ſcire n. oportet, quod ſicut ſubſtantia eſt ignota, & occulta: quæ qñ notificatur indiget auxilio accidentiũ teſte Ar. 1. de aĩa 11. qñ dicebat, accidentia magnã partẽ conferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt. ſic ẽt definitio, quæ abſoluit ſubſtantiã, eſt quoddam inſtrumentum latens, & occultum ſub demonſtratione: quod non põt intelligi abſq; demonſtratione; quæ demonſtratio eſt inſtrumentum notius ſub ſe, includens definitionẽ: imo demonſtratio eſt veluti pagpiri tegmen cooperiens, et occultans definitionem, tamquã rẽ nobilem. Vnde cum demõſtratio ſit quoddã nomen notius definitione: merito Ar. qñ nominat definitionem ipſam, nominat cum demonſtratione, tãquam ſub nomine notiori, & ſic non ſequitur illorum opinio: qui dicunt, ꝙ definitio cum

ſemper

ſemper nominetur cũ demõſtratione, ſignũ eſt ꝙ reducatur ad demonſtrationẽ: et per cõſequens demonſtratio ſit nobilior definitione qñ cũ demõſtratio remouetur à forma ſua. tunc in actu egreditur definitio, ſicut roſa è ſpina: et ex ſpermate. re quę ẽ ignobili, naſcitur homo res nobiliſſima. & ſic demõſtratio deſeruit definitioni, tanq̃ vas cooperiens rẽ nobiliſſimam. Amplius nõne aĩa res diuina, et nobilis æterna definitur p corpus corruptibile 2. de aĩa 5. 6. & 26. vbi dicitur, aĩa eſt actus corporis aĩa eſt ĩ corpore 2. de aĩa 4. et anima continet corpus 1. de aĩa 90. & non per hoc, qđ aĩa ſemper nominatur cũ corpore corpus erit nobilius anima: imo è contra, cũ anima eſt in corpore, & eſt actus corporis. et qñ egreditur à corpore, ſemper aĩa eſt nobilior corpore ſic qñ definitio potentia continetur in demonſtratione, & poſtquã egreditur, & ſit in actu à demonſtratione, ſemper eſt nobilior demõſtratione adeò ꝙ ante demonſtrationẽ, in demonſtratione & poſt demonſtrationẽ definitio nobilitate, excellentia, & perfectione ſuperat demonſtrationẽ. & definitio eſt ſpũs, & aĩa demonſtrationis & ſi definitio reducatur ad demõſtrationẽ, non per hoc ſequitur apud bonos logicos: ꝙ demõſtratio ſit nobilior: qm̃ anima 2. de aĩa 37. reducitur ad corpus & tñ corpus non eſt nobilius anima: ſed aĩa reducitur ad corpus, vt decoret, honoret, actuet, & perficiat corpus à pari, ſi definitio reducitur ad demonſtrationẽ, non niſi vt nobilitet demõſtrationẽ, ipſamq; honoret atque perficiat ſequitur ergo ex his qđ definitio eſt inſtrumentũ diſtinctũ à demonſtratione, & valde nobilius ipſa demonſtratione. ¶ Vel poſſumus dicere etiã ꝙ Ar. ſemper nominat definitionẽ cum demõſtratione. agnoſcens nobilitatẽ definitionis: qm̃ quanto res eſt magis nobilis & pulchra, tanto magis refulget approximata in re ignobili et turpi, vt pulchra puella aſſociata cũ vetula decrepita et lapis p̃cioſus poſitus in luto magis relucet, q̃ ſi eſſet poſitus in materia p̃cioſa, vt in auro. volens ergo Ar. vt nobilitas definitionis magis atq; magis refulgeat; voluit ipſam aſſociare, et nominare cũ demonſtratione, tãquam cũ re ignobili & hoc eſt id ꝙ aſſerit Au. 12. met. 18. quod magis mirũ eſt de ſcientia operantis aliquid de luto, quam de ſcientia eius in faciendo aliquid ex auro: quod confirmauit 1. de par. an. cap. vltimo cum dixit: quod ſcientia naturalis plus ferè apparet in materia viliori, quam in aliqua alia nobiliori: & cauſa eſt, qm̃ nobilitas materia obũbrat vigorem artis, qñ materia eſt nobilis: ſed qñ materia eſt ignobilis; ars obrũbrat ipſam. Vel alia cauſa aſſignari põt, ꝙ hoc prouenit ex impoſſibilitate materię; quia materia vilis ex ſui impoſſibilitate cũ maiori difficultate recipit impreſſionẽ artis, aut naturæ, et hoc multoties accidere ſolet: qñ videmus aliquã pulchram, & nobilem imaginẽ impreſſam in aliqua materia vili: vt de orologio & alijs ſtatim dicimus maxima cũ admiratione. ò benedictus Deus & quomodo hoc eſt poſſibile? ſimiliter gratias agimus domino dicentes, benedictus Deus qui illuſtrauit noſtrum intellectum, in ſoluendo hanc arduam difficultatem, & mentem Ar. lucidando.

Alia ſolutio.

Solutio Soluitur tertia rõ ex doctrina Au. 2. poſt. 15. 16. 17. dicens; ꝙ ſi demonſtratio largitur rei quidditatem; id fit per accidens, et definitio etiã ſi largitur rẽ eſſe, eſt etiam per accidens; argumentum ergo factum eſt Au 2. poſt. 45. & ſolutio eſt eiusdem in com 45 & in ſupra allegatis. Vnde ſequitur ꝙ diuerſus eſt finis demonſtrationis, & definitionis per ſe ſed ſi eſt idem non niſi per accidens. *3. ratio.*

Replica. Sed dices contra. nam dicit Au. 2. poſt. 7. ꝙ inter id, quod largitur demonſtratio, & quod largitur definitio, non eſt differentia: ergo habent eũdem finem. ſi habent eundẽ finem: ergo erunt eadem demonſtratio, & definitio: & non duo inſtrumenta diuiſa ac diſtincta.

Solutio. Soluitur hoc modo quod qñ dicit Au ꝙ inter id, quod largitur demonſtratio, & ꝙ largitur definitio; non eſt differentia; non intelligitur, ꝙ idem ſit q̃ſitum, quod ſcitur per demonſtrationẽ, & per definitionem ſic enĩ millies ſibi & Ar. contradiceret Au. ſed intelligitur ſic: ꝙ non eſt differentia inter demonſtrationẽ & definitionẽ, niſi in modo: videlicet. ꝙ demonſtratio traditur per modũ orationis enuntiatiuæ; & definitio ad modum orationis cõpoſita, compoſitione conditionis ad corroborationem. Ex quo patet ꝙ Au. ponit differẽtiam inter id, ꝙ ſcitur demonſtratione, & definitione: ſed non ponit differentiam inter demonſtrationẽ, & definitionem.

Replica. Sed ſtatim replicabis dicens; ſi Au. non ponit differentiam inter demonſtrationẽ, & definitionem: ergo definitio non eſt inſtrumentũ ſciendi diſtinctum à demonſtratione: ꝙ de facto eſt contra te.

Solutio. Soluitur ꝙ inter demonſtrationẽ, et definitionem non eſt differentia in re, in materia, et ſubiecto 1. poſt 64. 2. poſt. 45 & in prologo 1. poſt. ſed differunt fine, & forma, & operatione 2. poſt. 17. & ſic dubitatio eſt nullius vigoris.

Replica. Sed contra; & vtor argumento Au. 2. poſt. 45. in fine; illa, q̃ differunt ſolo caſu. & ordine non differunt fine, & operatione: ſed demonſtratio, & definitio 2. poſt. 45. non differunt niſi poſitione: ergo demonſtratio, & definitio non differunt fine, & operatione, ſed id. ꝙ largitur demonſtratio, eſt idem, quod largitur definitio ergo ſolutio eſt falſa.

Solutio. Soluit Au. 2. poſt. 45. & dicit; ꝙ maxime differt: qm̃ quæſitũ, quid ſit res, qđ largitur definitio, eſt aliud à quæſito cur ſit, vnde ſumitur, ꝙ demõſtratio non ſolo ordine differt à definitione, ſed fine, & ſic veritas omni ex parte ſibi cõſonare videtur: quod definitio eſt inſtrumentum ſciendi ratione, compoſitionis, finis, & operationis, diſtinctum à demonſtratione.

Soluitur vltima Ratio. Soluitur vltima ratio quod Ar. 1. poſt. 1. qñ manifeſtauit illam propoſitionem duplici inductione in ſcientijs, & artibus, et in inſtrumentis. i. in ſyllogiſmo inductione, exemplo et enthimemate, non per hoc qđ non nominauit definitionem ſequitur, quod definitio non ſit inſtrumentum ſciendi diuerſum à demonſtratione. nam ſi hæc conſequentia eſſet vera: ſequeretur etiam cõtra te, quod neque demonſtratio eſſet inſtrumentum ſciendi: qm̃ neque nominauit demonſtrationem, & non potes dicere, quod nominando ſyllogiſmum, nominauit demonſtrationem: qm̃ ſyllogiſmus non eſt demonſtratio 1. priorum cap. 5. clarius 1. poſt. 9. imo nullum inſtrumentum nominauit: qm̃ nec ſyllogiſmus, nec inductio, nec enthimema, nec exemplum

exemplum, ſunt inſtrumenta ſciendi ſimpliciter: ſed tm̃ demonſtratio, & definitio 1. poſt. 8. vnde dicimus nos: ꝙ Ar. in cõmuni dixit, oĩs doctrina, & oĩs diſciplina .i. omnis ſcientia, q̃ reſpectu doctoris dicitur doctrina, & reſpectu diſcipuli dicitur diſciplina: quæ fit & acquiritur: per ſyllogiſmum inductionẽ, exemplũ & enthimema, etiam per demõſtrationem, et per definitionem: vt ait Ar. 6. top. in primo loco definitionis. Clarius tñ 1. met. 48. fit. ex præſiſtente cognitione. Ecce modo ꝙ ſi per te ſequitur, quod ideo definitio nõ eſt inſtrumẽtum ſciendi qm̃ Ar. non nominauit ipſam in 1. teſtu 1. poſt. ergo per me valet, ꝙ definitio eſt inſtrumentum: qm̃ Ar. ipſam nominat in eadẽ propoſitione imo rõ mea eſt magis ualida; qm̃ eſt confirmata per duos textus, tãquam teſtes non recuſandos. ratio tua per vnum textum: modo in ore duorum, vel triũ conſiſtit omne uerum; unus uero teſtis non facit fidẽ, ſed ſemiplenã fidẽ: ergo magis uera eſt opinio noſtra, pluribus teſtibus munita quam aliorum uno tm̃ corroborata ex quibus oĩbus iam clariſſime patet, ꝙ cum definitio ſit nominata in illa propoſitione, ꝙ ſit inſtrumentũ ſciendi, & nobiliſſimum, relucens, & fulgens inter alia inſtrumenta ſciendi ſicut inter elemẽta ignis eſt nobilior 1. cæli 16. & terra vilior, & inter aſtra vilior eſt luna: qm̃ eſt ſimilis naturę terræ 2. cæli 42. 49. 32. vnde quanto terra vilior igne, & luna inter aſtra & materia reſpectu formæ: tanto demonſtratio eſt vilior & definitio nobilior eſt ipſa demonſtratione.

Replica. *Sed aliquis ſpũs contradictionis dictis non contentus; ſed adhuc inquietus ſtatim inſurget, dicens: definitionẽ non eſſe inſtrumentũ ſciendi, motus tñ ex auctoritate Ar. 1 poſt. 134. vbi ait (ſiquidẽ addiſcimus aut demonſtratione, aut inductione) ut hac ratio*

cõfirmatio p Viuolum. *habeat maiorẽ vim, cõfirmamus ex Ar. 6. ethic. c. 4. vbi ait doctrina uero oĩs ex ante cognitis fit: ut in reſolutiuis diximus: nã aut per inductionem aut per ſyllogiſmum, numquam nominauit definitionem: ergo ſignũ eſt euidentiſſimum, ꝙ definitio non eſt inſtrumentum ſciendi, ſed ſyllogiſmus, & inductio.*

Solutio. *Soluitur uerũ nota ꝙ qñ ait Ar (ſiquidem addiſcimus aut inductione aut demõſtratione) nõ ſequitur, ꝙ ſola demõſtratio, & inductio ſint inſtrumenta, & non definitio nã ſenſus Ar. ĩtelligitur ſic oĩa qñ fuerint naturaliter ignota credimus per ſyllogiſmũ ut ſunt cõcluſiones; aut ſi fuerint uniuerſalia, credimus per inductionẽ 1. poſt. 1. et 6. etich 4 nõ.n. fit manifeſtũ vniuerſale niſi ꝑ ſingularia. vnde ſcias ꝙ cõcluſiones, ſeu q̃ſita nãliter ignota credimus et ſcimus ſyllogiſmo 1. priorum c. 1. et 1. top. c. 1 ĩ lib. de motu aĩalium c. 4. 2. poſt. 1. et in epit. log. c. de ſyllogiſmo categorico .i. ꝑ ꝑmiſſas uniuerſales, quæ ſciuntur per ſingularia .i. per inductionem; ſingularia vero cognoſcuntur ſenſu 1. poſt. 134. 1. poſt. 3. 1. phy. 49. 2. de aĩa 60. ſed quiditates ſeu uerũ ſubſtantiæ ſciuntur per aliud inſtrumentum ſciendi: ꝙ definitio nuncupatur vt teſtis eſt Ar. ſexcentis in locis, & ſic præter ſyllogiſmũ, & inductionẽ datur aliud inſtrumentũ: ꝙ definitio appellatur diſtinctũ ab his, non ergo ſolus ſyllogiſmus, & inductio erunt inſtrumenta.*

Alia ſolutio. *Vel aliter dicendum ꝙ qñ Ar. 1. poſt. tex. 134. dixit: ſi quidem addiſcimus, aut inductione, aut demonſtratione. dicendo demonſtrationem; nominauit etiã definitionem cũ definitio ſit tota demonſtratio 1. poſt. 64. 2. poſt. 45. 46.*

Dub. *Dices quare non nominauit definitionẽ?*

Solutio. *Soluas primo notando vnum ex 1. phy. 50. 3. de par. an c. 4. & 12. met. 45. 2. de par. an. 16. & 2. de aĩa 88. fruſtra fit per plura, ꝙ poteſt fieri per pauciora à pari fruſtra nominatur per duo, ꝙ poteſt nominari per vnum: et qm̃ Ar. fuit ſummus amator breuitatis, ideo ſolum nominauit demonſtrationem, & non definitionem.*

Replica. *Sed dices ergo ſequitur quod Ar. 1. met. tex. 48. qñ nominauit demonſtrationem; & definitionem fuit ſuperfluus.*

Solut. *Soluitur ſed eſt ſciendum quod definitio, vt dictum eſt ſupra, eſt demonſtratio, & conuenit cum demonſtratione re, materia et ſubiecto: differt tñ à demonſtratione noĩe, definitione 1. top. cap. de termino fine, & operatione 2. poſt. 12. & cõpoſitione 1. poſt. 64. quo ſtante; dico, ꝙ qñ Ar. nominat demonſtrationem, & non nominat definitionẽ, præſupponit conuenientiam, & identitatẽ materialẽ, quam habet demonſtratio cũ definitione: qñ uero noĩat demonſtrationem & definitionẽ noĩat: vtramq; oſtendens differentiam inter demonſtrationẽ, & definitionẽ. vnde partim conueniũt, & partim differunt qñ noĩat demonſtrationẽ, oſtendit conuenientiam in materia qm̃ illæ met conditiones quæ cõpetunt demonſtrationi, cõpetunt definitioni, teſte Au. in prologo poſt. & 1. poſt. 64. qñ nominat demonſtrationem et definitionem, oſtendit differentiam formalem. qm̃ alia eſt forma, & compoſitio demonſtrationis, & alia eſt forma, & cõpoſitio definitionis. 1. poſt 64. 2. poſt. 17. et in epit. log. cap. de definitionibus nec non 2. post. 45. & differentiam finalem alius.n. eſt finis demõstrationis, et definitionis atq; utriusq; operatio 2. post. 17. et ſic ſoluta est replica: et AR. nõ uenit arguendus, nec de diminutione, nec de ſuperfluitate.*

Replica. *Sed dices; videtur, ꝙ prima rõ non ſit ſoluta qm̃ Ar. 2 priorum c. 26. inquit (omnia enim credimus, aut per ſyllogiſmum, aut ex inductione) ſi oĩa credimus, & addiſcimus ſyllogiſmo, aut inductione: ergo nõ opus est ipſa definitione: ergo prima ratio stat in ſuo uigore: quod definitio non est inſtrumentum ſciendi.*

Solutio. *Soluitur ꝙ Ar. per ſyllogiſmũ intelligit demõſtrationem, vt ſe exponit 1. poſt. 134. & nominando demonstrationem noĩat definitionem, & ſic argumẽtum est remotum à ſuo uigore.*

Alia ſolutio. *Vel aliter dicas, quod oĩa ſciuntur demonstratione (oĩa) idest q̃ſita naturaliter ignota: dũ fuerint propria & eſſentialia accidentia creduntur, & adiſcuntur demõſtratione 2. post. 1. Au. aut ly, aut ſe tenet diſiunctiue (oĩa) idest uniuerſalia credũtur inductione 1. poſt. 134. & 6. etich. cap. 4. utraque ſolutio potest stare: et de facto ſoluit rationem in oppoſitum, & remanet firma & indubitata veritas: quod præter demonstrationem, & inductionem, datur aliud instrumentum ſciendi, ualde diuerſum: atque demonstratione ac inductione excellentius, & nobilius, quod definitio appellatur: Deo Opt. Max. agimus gratias, illustrãti intellectum ad veritatem.*

F I N I S.

Imprimatur.

Gaſpar Sillingardus Vic. Gen. Neap.

Io. Franciſcus Lombardus.